Regni nostri Exercituum supremo, Sandomirien', Stryjens', Lubaszoriens' Joannis de Latalicze Posnanien', Szirmola dissaroiens', Sedisloroiens', Stanislao in Jenczin Comite, Sendomirien', Lublinen', Bedzinen', Joanne de Koszielecz Siradien', Maioris Poloniæ Judicj Nadens' Martino Zbo: rowski Calischien', Sedisloroien' Odolanoien', Andrea de Koszielecz Lancicien', Bydgostien', Andrea in Jenczin Comite, Lublinen', Robati, nen' Sniatynens', Stanislao Lanczki Mazoniæ, Andrea Seprski de Jol: szewo Ranen', Palatinib', Rocens': Stanislao Maszkiewicz Sendomirien' Curiæ nostræ Marschalco Lubonien' Zawichostens', Petro Parchowski Posnanien', Spitkone Jordan de Zakliczyn Sandecens', Regni nri Thesaura: rio, Premislien' Camineens', Joanne Lutomierski Ranen', Curiæ nræ Thesaurario, Burggrabio Cracovien', Radomien' Lancicien' Valenti: no Dembinski Biecens', Schorstinen', Petro Boratynski Premislien', Schorstinens', Castellanis et Capitaneis: Joanne de Ochiesznio Re: gni nostri Cancellario Cracq Judi Sandecens', Olstynens' Capitaneo, Succameratio Cracovien', Joanne Przerembski Regni nostri Vicecan: cellario, Cracovien', et ad S. Florianum in Clepardia Præposito, Phi: lippo Padnieuski Archidiacono, Petro Myszkowski Scolastico, Marti: no Cromero Canonico, Cracovien'sibus, ac Custodi Visicien', Joanne Sierakowski Tribuno Kiiniwladislavien', Curiæ nræ Referenda: rio, Nicolao Szebneuski Subcamerino nostri Prefecto, Lelovien' Bze: zien', Stanislao Myszkowski Janitore nostro, Tribuno Cracovien', ac Mariæburgen' Capitaneis, et alijs quamplurimis Dignitarijs et officialibus Aulicis nostris, testibus ad præmissa fidedignis. Dat: per manus Magnifici Joannis de Ochiesznio Regni nostri Cancella: rij, Cracovien' Generalis, Sandecen', Olstynen' Capitanei, Cracq Ter: re Succamerarij, Sinceræ nobis dilecti. Joannes Ochieski D. P. Cancell. Cracq Relris Mag Joannis de Ochiesznio Regni Poloniæ Cancellarij, Cracq Generalis, Sandecen' Olstynen' Capi: tanei, Succi Cracovien'. Nos itaq Sigismundus Tertius Rex supranominatus supplicationi prædictæ benigne annuen' literas Juseratas, prout in suo tenore continentur ad Acta Cancella: riæ nostræ suscipi et ingrossari ex eisdem rescriptum authentic

exhibi

extradi mandauimus. In cuius rei fidem &c. Datum Warsso.
uia die xii: Mensis Martij. Anno domini M: DC: V: Regnor
nostror Polonia. xviii. Sueciæ vero anno xii°

Mattias Epus Pramiens
R. P. Vicecancellarius

Publicatum in Arce Pris Dni. Mathiæ
Episcopi Pramiens
et Regni Poloniæ Vicecancellarij.

Oblata Responsi per Sac. R^m. Mtt^em Nuncijs terrarū Prussiæ dati

Sigismundus &c. Significamus &c. oblatas esse ad Acta Cancellariæ nostræ minoris literas papyreas infrascriptas, manu nostra subscriptas, ac sigillo Regni minori communitas, sanas, salvas, illæsas, ac omni nota suspitionis carentes, continens in se Responsum infrascriptum Consiliarijs et Nuncijs Terrarum Prussiæ è Conventu Elbingensi missis, à nobis datum; Supplicatum nobis est, vt easdem literas ad acta nra suscipi et ingrossari, ex eisdemq; demum authentice extradi mandare dignaremur. Quarū literarum tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis &c.

Responsum à Sac. Mtte. R^a. Consiliarijs et Nuncijs Terrarum Prussiæ è Conventu Elbingensi missis datum Gedani, die xxix^a Mensis Augusti Anno Dni. M° D° xc°iii°:

Sac. R^a. Mtt^as gratissimo accipit animo studium id erga se et Reipub. horum Ordinum, quod necessario tempore Mtti suæ deesse noluerunt, eamq; contributione ex bonis facultatibus suis iuuandam esse censuerunt. Quam quidem cum re etiam ipsa sibi præsti: tam iri non dubitet, omnibus vicissim rebus suam erga hosce Ordines benignitatem testari parata est, ac ad ea quæ eorum nomine Mtti suæ oblata sunt postulata ita respondet. De Indigenatu. Cum in potestate Sac. Regia Mtas sit conferre dignitates et Præfecturas, ita se geret, vt indigenis harum terrarum conferat. De reformatione Regnalis Mtas. Vt etiam ea in re Ordinibus terrarum Prussiæ gratificetur, factura est Regia Mtas, vt futuris Deo benevolente comitijs de eo negocio tractatum veniat, siue commonefaciat. Tempus et locum ad corrigenda iura, cum arbitrio Ordinum Mtas Regia permittit, tum vero assentitur,

vt eam

vt eam rem Thorunij ad tertiam Februarij diem obeant, ita vt absentes pro præsentibus habeantur. Salis exotici seu transmarini vsq; qui terris Russiæ vetusto vsu Priuilegijs concessus est, non habet in animo Mttas Regia tollere, neq; eam facultatem aut Graboneciq; aut eius societati vllo Priuilegio concessit. Sed tamen æquum est vt idē ille vsus suis antiquis terminis contineatur, neq; vltra terminos Russiæ sal illud transmarinum exportetur. Ac hoc tantum est, quod illa societas iuxta constitutionem ac legum publicarum præscriptum debet impedire. Quod ad Monetam vicicsam. Mttas Regia ad futura Deo volente Comitia Regni referre constituit. Quod confirmetur correctura inuis: Mttas Regia dat facultatem Ordinibus, vt vbicunq; diem et locum communi consensu Judicioru Palatinalium statuerint, omnes conuenire et illis Judicijs viti, sub pœna teneantur. Cautionem Ordinibus harum Terrarum, libenter Mttas Regia dat, eos ad Contributionem et Vectigal. For: danend minime teneri, carebitq; ne Arendatores vel per se, vel per suos mandatarios inuriam aliqui faciant, sub quocunq; colore et discrimine mercimonior et frumenti. Quantum ad grauamina Ciuitatis Gedanens attinet, iura et priuilegia ipsius Ciuitati integra conseruare Mttas Regia vult. De Judicijs Tribunalis, quibus vti velle Ordines ostendunt Mttas Regia consentit. Litera monitoria, in causa Dnorum Dantiscanorum, Thorunen, Gedanens, ad Dnum Marschalcum scripta dabuntur. Negocij Ciuitatum minorum, cum Capitaneis et Tenutarijs, cognitionem, Sac. R. Mttas in reditum suum distulit, vt interim compositionem inter eos pro festo Sancti Michaelis tentet. Accisa, eodem modo, ad eundem illum in hoc anno diem cessat, deinceps autem Ciuitates minores aliam rationem ineant, qua Mtti Regiæ satisfaciant. Atq; hæc sunt, quæ hoc tempore ad postulata Ordinum Terrarum Russiæ Sac. R. Mttas respondenda putauit, et supra scripta benigne concessit. In cuius rei fidem præsentes manu sua subscripsit, et sigillo Regni consignari mandauit. Sigismundus Rex. Laur: Gembicki Secretarius. Nos itaq; Sigismundus Tertius Rex supranominatus, supplicationibus Ordinum vti iustis, benigna ratione habita, inserendas literas ad acta Cancellariæ nostræ suscipi et ingrossari, ex eisdemq; authen-

tice

rie extradi mandarimerb. In cuius rei fidem. &c. Datum Naess.
mie die xii.a Mensis Martij. Anno Domini. M.D.C.V. Regnorum
nostrorū Polonie. xviii. Sueciæ verò anno. xii.o

Mattias Epūs Premisliens
R. P. Vicecancellarius &c.

Alio modo in dorso Pete Dñi Mathie
Ostrouorschii Epi Premisliens
et Regni Polonie Vicecancellarij.

Confirmō. Actus Commissarialis inter bona villarū Suchrow et Woltaticze ad Capneat Zidaczowien pertinen & vna: et bona oppidi Zurow et villa Wierzbica ac fundi Sielce Gnōsi Nicolai Danilowicz hereditaria parte ex altera.

Regiæ Majestatis. &c. Significamus. &c. Productas esse coram nobili Domino Generosi Nicolai Danilowicz a Zurow Capitanei nostri Drohobicen, literas Actus Commissarialis, Magnifici et Generosorum, Stanislai Wolodek de Kormanow Belzen. Halicien, Colomien, Capitanei, Stanislai Zolkiewskii Castellani Leopolien, et Militiæ Campestris Præfecti, Andreæ a Siemo Siemaszko Notarij, Gasparis Wasilczinski Tribunj Terrarum Leopolien, manibus subscriptas, et sigillis obsignatas, sanas, salvas, et integras, ac omni nota suspicionis carentes, dilimitationem bonorum infra scriptorum in se continen, quas et auctoritate nostra confirmare et approbare, Actisq Cancellariæ nostræ inseri mandare dignaremur, supplicatum nobis fuit. Earum verò tenor is ver. 3. 1. 2. borum sequitur. Acta sunt hæc in loco campestri differentiarum, penes viam de villa Woszczyszynce et Kreforow ad oppidum Sodorowstaro tendens è regione loci dicti Klubicza dolina inter bona hereditaria Gnosi Nicolai Danilowicz Capnei Drohobycens. villam Wierzbicza et villagium seu fundum Sielce ad oppidum Zurow eius hereditarium pertinens actoris ex una:

et Stas

et Sacd Regiæ Matis Tenutæ Gnosi Nicolai Spytek Ligęza de Bobrek
Castellani Oechowien et Capnei Zydaczowien, villam Suchrow et Volta:
tice, ad Capneatum Zydaczowien pertinen, ex altera, vti principaliter
ex mandato et commissione Sacd Regiæ Matis innotescit; necnon Ge:
nerosum Melchiorem Rosnowski, villæ Woszczyszynckie ad præs bared
seu quosvis alios titulo possessorem, ad aspiciendum parietem suum bonis
vtrigis supraxatis confitib contiguum, collateralem, adiacentem et adsita:
tum, ex tertia partibus, Sabbato post festum Sancti Nicolai Pontifi.
(hoc est Nona Decembris) proximo Anno Domini Millesimo Sexcen:
tesimo, coram Magcis et Gnosib, Stanislao Wlodek de Hermanow La:
tino Belzen Halicien Colomien Capneo Stanislao Zolkiewski de
Zolkiew Castellano Leopolien, Campiductore Regni, Rubieszowien, Ka:
lussien Capitaneo, Andrea Siemienski de Siemno Succamerario, Jo:
sepho Narajowski Subindice, Joanne Snoszowski Notario, Jasparo
Wasilewski Tribuno Leopolien sub Commissarijs per S. R. M. ad
complanandas differentias infrascriptab, datis et deputatis, præsen:
tibus Gnosis et Nobilibus Procopio Raszko Succamerario Halicien,
Joanne Danilowicz de Zurow in Oleszko bared, Capitaneo Corsimen,
Sigismundo Kazanowski de Sziepiotow Rottmagro S. R. M. Joan:
ne Sierpski in Czernicha bared Venatore Lucecien, Martino Kry:
stowski in Podhorce et Miedzany bared, Joanne Dzigalla, Nicolao
Wotwanowski Vicecapneo Zydaczowien, Marco Klodnicki, Marco
Stogniew, Joanne Czermieiowski in Rogdol et Krupsko bared, Je:
orgio Zolesinski in Bilka bared, Martino Kazanowski, Christo:
phoro Fodorowski de Fodorow stawy, Georgio Krusselnicki in Kre:
borow, et Alijs Ministerialibus Terrestribus, Nuntijs, Provisib, Terrestreo
de Lagowicze et Miedzeo de Kololotyn iuxta Commissionem S. R. M.
tenoris talis. Sigismundus tertius Dei gratia Rex Polo:
niæ, magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masouiæ, Samegitiæ,
Livoniæ; necnon Rex Sueciæ, et magnus Dux Finlandiæ Princeps &c.
Magnificis et Generosis Nicolao Herborth de Fulsztyn Russiæ, Plu:
macen Terrarum, Marco Sobieski Lublinen, Stanislao Wolodek
de Hermanow Belzen, Halicien Capitaneo Palatinis, Stanislao

Zolkiewski

Zolkiewskiego de Zolkiew Leopolien', et Militiæ Campestris Præfecto, Heu:
briessowien', Kalusien', Camenacen' Capneo, Jacobo Pratfisz de Gawrony, Ca:
meracen', Trembowlien' Capitaneo, Castellanis. Andreæ Siemienski de
Siemno et m' Pologorij Succamerario, vel in absentia eius Camerario,
Petro Ozga de Ossa Judici, Josepho Narayowskij de Narayow Subiudici
Jasparo Wassilowski Tribuno, Joannj Sroszowskij Notario Terrestri;
bus Leopolien', Sincere et fideliter nobis dilect' gratiam nostram
Regiam. Mag'. Gnosi. Sinc'. Fid'. nobis dilecti. Intelleximus exor:
tas esse differentias, inter bona nostra Regalia villarum Suszkow
et Woltarische, aliarumq' ad id pertinen', Tenuta Gnosi Nicolai Sypsek
Ligsza de Bobrek Castellani Sechowien' Capnei Zydaczowien', ad Capneat'
nostrum Zydaczowien' pertinen' ex una: Et bona hereditaria oppidi
Zurowo et ville Wierzchnicka fundij dicti Sielcze, ad bona eadem pertinen',
Gnosi Nicolai Danielowicz Capnei Drohobyczien', ex altera partibus.
Quas nos componi et complanari volentes, Sinc'. et Fid. Vrib quor'
fides et integritas nobis perspecta est, hoc negocium dandu' et commit:
tendum esse duximus: damusq' et committimus prætribus: hortan', vt
communicato inte de consilio, captatoq' certo die et tempore com:
petenti, in locum differentiarum præfatarum conveniant, voca:
tisq' ad sui præsentiam partibus quarum interest, tum propositioni:
bus et responsis earum intellectis, acceptoq' eorum fide dignorum
testimonio sufficienti, mediante illorum si opus fuerit corporali
iuramento, ac re ipsa oculis subiecta, veritateq' illius plenè co:
gnita et perspecta, ac aliis omnibus circa talia fieri solit', peractis,
bona facta, neutri partium fauen', sed Deum solum et iustitiæ eius,
in quo conscientias Sinc'. et Fid. Vrarum onerat as esse oportunus
præ oculis habendo dislimitent, scopulisq' ac aliis signis metali:
bus circa talia observari consuetis distinguant. Facient' quicquid
in præmissis iuste et legitimè decreverint, à partibus observari.
Vnius, duorum, plurium, Sinc'. et Fid. Vrarum absentia non obstante,
modo si et tot adsint quot et quos de iure adesse debent. Re. gra
nostra et debito officiorum suorum. Datum Warssoviæ die Nona
Mensis Martij. Anno Domini. M.DC. Regnorum nostrorum

Polonicæ

Polonie amo xiii. Svecie vero Octavo. &c Commissione S. R. M. Mis.
Post cuius Commissionis et voluntatis Sac. R. M. Mis reproductionem,
petitum est a nobis, vt iuxta literas Sac. R. M. officium nostrum exegna-
mus, et iurisditionem suam vbi ab actore sumus constituti, collateralisq.
cui dies est dicta legitime parietem agnoscit fundaremus, ac de pro iu-
dicibus, bene Actori cooptatis, et legitimis in presentia partium, publica-
remus, Mimialemq. ad notitiam omnibus deduci, vti de iure existit, Omis-
sa deputemus. Nos itaq. Commissarij, considerato eo, quandoquidem an
fundationem iurisditionis, nil sibi competere posse existimauimus, eaq.
fundata partibus nil preiudicat. Itaq. iurisdictionem suam in loco vbi
ab actore ipso Gnoso Capreo Drohobyczen. sumus constituti, nullius par-
tium fundo laeso, immo omnia cum beneficijs remedijsq. iuris ipsis reser-
uatis. Fundamusq. sibiq. iudicium facultatem imitando Commissioni Sac.
R. M. adduximus, ac de pro veris Commissarijs obtulimus, Mimia-
lemq. Terrestrem Prouidum Iecclo de Lacowice ad publicandum
actum presentem deputauimus, partes vtrasq. ad sui pretiam acla-
man. Qui quidem Mimialis iuris deputationis sue reddens, Iuris di-
tionisq. fundationem alta et sonora voce in loco suprascripto pu-
blicauit ad notitiamq. quibus interest deduxit, ac eandem partem
ipsam Cittam seu Protestiq. ad presentem acclamauit iuxta ma-
datum Sac. R. M. tenoris infrascripti. Sigismundus Tertius
Dei gratia Rex Polonie, magnus Dux Lithuanie, Russie, Prussie,
Masouie Samogitieq. Liuoniaq. nec non Rex Sueciae, et magn. Dux.
Silandie Princeps &c. Gnoso Nicolao Spytek Ligęza Castellano
Decouien. Zydaczouien. Capneo, Fid. nobis dilecto, vel in abs.
eius vice capitaneo, et locum tenenti, gratiam nostram Regiam. Gnose
Fid. nobis dilecte. Deputauimus certos Commissarios nostros ad facien.
et constituen. limites, inter bona nostra Regalia, villa Chrzanow, et ali-
arum ad id pertinen. ad Capreatum Zydaczouien. Tenuta Fid. V. spectan.
ab vna: Et bona hereditaria Gnosi Nicolai Danielowicz Capnei
Drohobycen. oppidi Zurow, villa Wierzchowska, fundiq. Dielge et alior.
ad id pertinen. ab altera partibus. Itaq. mandamus Fid. V. vt vbi
primo tescentie ipsorum Commissariorum vocata, die et loco ab eis ipsis
coram

coram eisdem compareat, dilimitationig hui interfit, et quod decreue-
rint teneat et obseruet. Prouideat tamen ne bonis nostris Regalibus
damnum et praeiudicium aliquod inferatur. Pro gratia nostra et de-
bito officij sui. Datum Warsouiae die Nona mensis Martij. Anno dni
M°. DC°. Regnorum nrorum Poloniae anno. xiii.° Sueciae vero anno. viii.°
Coram nobis itaq; praefatus Actor Capneus Drohobicen. deduxit
terminum ipsi Capneo Zidaczowien. et Castellano Czechowien. ex
Jmotescentia nostra ad Commissionem emanata, qua Cittus est in
haec verba. Nicolaus Herburt de Fulsztyn Russiae et Humaecen.
Capneus, Marcus Sobieski Lublinen. Stanislaus Wlodeli de Herma-
now Belzen. Halicien. et Colomien. Capneus. Pallatini, Stanislaus
Zolkiewski de Zolkiew Leopolien. Capitan. Przemisslien. et Kate-
rsi-
en. Jacobus Przyłęcki de Garzonij Camerarcen. Capitan. Premboulien.
Castellan. Andreas Lemienski de Lemno in Golagorij Succamerarius,
Petrus Ozga de Ossa Judex, Josephus Nacaiowski Subiudex, Joan:
nes Grossowski Notarius, Terrae Leopolien. Jaspar Waszkowski
Tribunus, Leopolien. Commissarij a Sac. R. M. dati et ad negocium
infrascriptum deputati. Tibi Grosso Nicolao Spytek Ligęza de Bo-
brek Castellano Czechowien. et Capneo Zidaczowien. Jmotescimus
oblatas esse nobis literas Commissionis, a Sac. R. M. Dno nro
Clementissimo, quibus S. R. M: nobis committere dignata est, vt
captato certo tempore idoneo ad locum differentiarum inter bo-
na sua Mtis Regiae, Grossow aliorumq; ad id pertinen. possessio-
nis, ad Capneatum Zidaczowien. pertinen. ex vna: Et Oppidi
Zurow, villae Wierzbica, fundi Helde, et aliorum bonorum ad
id pertinen. ex altera partibus haereditas Gnosti Nicolai Daniels.
orum Capnei Drohobicen. ex altera partibus: condescendamus dif-
ferendi bonorum praefatorum signis metalibus consignemus, et omnino
eis differendis finem imponamus: prout litera praefatae Commissio-
nis latius praemissa enarrant. Quare mandamus vigore Regio, et
nostra qua in hac parte fungimur Commissariali authoritate vt
coram nobis et officio nro Commissariali, sabbato post festum
Sancti Nicolai Pontificis, hoc est Nona decembris proxime
futuro

futuro, in loco vbi per actorem constituti fuerimus, pedasto et peremptorie
compareat. Ad instantiam prafati Gnosi Nicolai Danielovicj Capnei
Drosobicens. Oppidi Zuzow villæ Mierssbicsa, et aliorum ad id pertinos. boc.
redit, ad videndi et audiendos per nos, iuxta literas Commissionis eo in ne-
gocio dilimitation' bonor. Regalium procedi, et omnia quod ius comun:
ne, et debitum ordinis nostri exigit in talibus statui et decerni. Dis sindicia:
liter admissa, et alia omnia tibi in termino futuro declaranda respon:
surus, attentaturus, et paciturus. Certificandi te, quod sine compare:
eris sine non, nos ad ea quæ nobis et Officio nostro Commissariali
incumbunt, contra te, contumatia tua non obstante, procedemus.
Datum in Germiciow Quindecima die Mensis Octobris. Anno domi:
ni. Millesimo Sexcentesimo. Post cuius termini in diem Jodi:
ernum legitime prorrogationis deductionis postulatum est a nobis, qua:
temus, iuxta consuetudinem et vigore iuris communis observandi:
am hoc in actu diutius observari procedamus, teneatq; ex vtraq;
parte datos examinemus, et ductum vigore Constitution' Coronation'
modernis Regib animadvertamus. Tandem Castellanus Stecho:
ens et Capneus Zidayonien allegauit, prætendendo actum Commissionis
S. R. Mis prafatos Mag. et Gnosos Dnos Commissarios ad prose
cutionem bonorum villagij Sielosse, et Mierssbicsa expedire non posse,
nec dissindicationi Commissariali competere, cum iam causa pro eo:
dem villagio Sielosse per Gnosam Catherinam de Sielarowicse
Danielowiczowa matrem actoris et eius Tutorem, vidt Sebastianum
Zoranskj, et Bartholomeum Korzilio sit ad Judicium Terrestre
Zidayonien per eosdem instituta, et vi motionis ad Tribun' Regni
Lublinen' deuenienda per decretum Tribunale Lublinens ad Comitia:
tum S. R. Mis. pro dissindicatione finali remissa, quæ bonorum pen:
det indecisa. Cum itaq; per tenten' Mis. Rs. cui interest sua bona
defendere effectum suum non est sortita, perijt quatenus ad posse
cognitionem huius Commissionis S. R. Mis. Dni Commissarij supersede:
ant, seq; ad Comitium cum causa præsenti remittant. In contra:
rium prafatus Capneus Drosobicens allegauit in primis eo

locorum

locorum subire suam collateralis. qui eo in loco vigore suarum literarum
granicialium agnovit parietem, suum, a villa Oroszfi szin se bonis
vtrisq; tam ipsius actoris, quàm Citti Capnei Zydaczovien, a villa dis-
crow esse contiguum. Quantum vero attinet causam assertam per
Tutores eius ipso minoreme existen Capneo Zydaczovien vone locorum
domorum in eius bonis hereditarijs, villagio Sielcze, seu Oroszfi sze,
violentè locatorum, ad Judicium Terre Zydaczovien in scntia, et
per Judicium Tribunale ipso inscio ad Conventum remissam, dicit
ea omnia ipso inscio facta esse, a qua causa, et toto processu ipsius
personaliter recedit, eamq; amplius in Conventu attentare minime vult.
Tamen deducen ad Dnos Commissarios, allegavit, bona hereditaria,
in quibus Nobilis a Sac. R. M.tis vel eius Tenutario inmittatur,
fit, duobus modis adipiscuntur, aut per sententiam definitivam
S. R. M.tis aut per Commissionem a S. R. M.te datis, prout ad praesens
actor bona sua sibi in minoremitate violenter adempta luceat.
Qua deducen sua hereditaria esse, produxit Privilegium clarissimi
Ducis Fedor Olgedowicz, super ea antecessoribus suis benigni-
ter concessum. Item produxit Commissionem per olim parentem suum
Grossum Stanislaum Danielowicz, Vexilliferum Leopolien, ex Acta
maioris Cancellaria emanatis, quam expediens parentem modernum
Capnei locatione violenta dominus comes impedivit. In verificationem
cuius etiam produxit produxit protestationem ex Acta Castren Rali-
cien, olim parentis sui, contra ipsum Capneum Zydaczovien, et Comes
Terrem Leopolien, qui protunc fungebatur officio Judicatus Castr
Zydaczovien, eiusdem Capitis de non applicatione Sigilli ad Innotescen
Commissarij actus suprascripti: Item attestatum subditorum de villa
Sucrow, S. R. M. et vice Capitis Zydaczoviensis esse id villagium Sielcze
Grossi Actoris, in quibus locatio domus facta; Item aliter vero deda-
ravit Testes suos pro complendo inmissa, vigore locorum domorum asser-
tarum, eam prefat Capitis institutam esse, et non ratione simoi.
Quibus sic deductis, reiecta in partem inmissa affectatione ipso
Citti Capitis: Item cum licitum sit actori, a priore processu ipso in
minoremitate existen, recedere, petijt idem Actor prefat Capneum

Zydaczovien.

Zidaforien et Castellanum Zedyorien compelli ad directionem.
Nos vero Commissarij contrarietatibus partium et oppositionibus debite et
apprime recensitis inferentes Constitutionibus Regni parti citra est ipsi
Capreo Zidaforien, procedere decreuimus, et pertibus decreuimus, et:
re: ex vtraq; parte tam Actoris, quam ex parte Sacr Regiæ Mtis citrò
Capreo, volentes informationes in ea causa esse adinuenigandam ueri-
tatis, examinandi causa eligere et statuere, vt est, tam ex
recognitione sensuum, quam ex demonstratione, res subiecta oculis pa:
teat et deprehendi possit. Prefatus verò Ginosius Nicolaus damie:
lowich Capreus Drofobijens, satisfacien decretorio tanquam Actor
et vigore Constitutionis ex villa sua hereditaria Vrieschbicha deneb de:
dit et constituit. Inprimis. Teodor Joasiowich, Stase Vasiowich,
Jedico Iliowich, Vasiel Damilow, Olexa Matissow, fijj, Kriskiu Ma:
tissowich, Teitko Dumnich, Ex parte verò Ginosi Castellani Decto:
rien, Capnei Zidaforien de villa Snesoro Sacr Rs. Mtis ex iure
consuetæ seues elegit, ac in partium Dominorum Commissarios con:
stituit Laboriso, Iliich Tijwon, Kriss Jedorich, Danilow Borise, Du:
bissii, Matwei Miforich, Maximi Gorena. Qui prænominati deneb
ex vtraq; parte dati, subditi recensiti per nos examinati ac interroga:
ti sunt. Cuius solum vel fundus in quo finimus constituti, vsus u:
rus, circa quam hæreditatem remaneat, parieq; agritudo vtrum sit adia:
cens hæredi villæ Vrosluschi sijnesse, nec ne in quantum discordent
iurisiurandum vigore iurium Regni eisdem denibus inniungendo, qui
omnimiter tam denes ipsius Actoris quam Sacr Rs. Mtis de villa
Snesoro coram nobis communi voce sub iuramento recognouerunt,
omnibus concordantibus fassi sunt, fundum et vsum eius fuisse Gino:
si Melschoich Rossnoschi hæredis villæ Vroslusschi sinesse cum
bonis Vrieschbicha et Siedlesse ipsius Damielowich, atq; fundo villæ
Snesoro Sacr Rs. Mtis, apud viam quæ tendit de ipsa villa Vros:
luschi sinesse, et Krekoreso ad Ostpidum Godoreschtzo, concur:
rentiam suam habere, ipsiq; pariti villæ Vrieschbicha et Siedlesse
adiacet, ex antiquo et ab antiquis. Quod et tres antiquis de:
cis Russis Leonis gratialibus, ipse Rosnoschi docuit sed

semper

semper partiętem ā bonis sub omni villa Wierszorica habere. Demum
ipse Capitaneus Drohobÿcen. bares villa Wierszorica et villagÿ Sielce,
dedudo ltmo termino parti Cittā, commissionēq3 ostensa, in nullo rici:
ata, ex instantia partis aduersę per Nūrialem Terrem totius Russię
Gnālem Prouisorem Terebelo de Lasowicze Generosum Melchiorem
Rosnowskÿ Collateralem suum, pro die sodiema vocatum ad pretiam
Dnorum Commissariorum audamare procurauit, quacta mandatum
S. Rē. Mātis audamare procurauit, quacta quidem mandatis Sac. Rē. Mātis
Cuius tenor est talis. Sigismundus. Dei gratia Rex Polonię
magnus dux Lithuaniæ, Russię, Prussię. Mazouię, Samogitię, Liuo:
niæq: necnon Rex Sueciæ, et Magnificatis Sitandię Princeps, &
Gnoso Melchiori Rosnowski possessori et hęredi bonorum Vostrÿ:
Syncere Fidi nobis dilecte gratiam nostram Regiam. Gnose Fidi nobis
dilecte Deputauimus certos Commissarios nros, ad faciend et constitu:
endos limites inter bona nostra Regalia villa Sugkowo, et aliarum
ad id pertinen, ad capneatum Zidaszowien, Tenuta Gnosi Nicolaiowÿ:
tek Ligęja Castellani Zechowien, capnei Zidaszowien, sectam, abo:
na: et bona hęreditaria Gnosi Nicolai Danielowicz capnei Drohe:
bÿcen, oppidi Turowo et villa Wierszorica, fundigÿ Sielce, alior, ad id
pertinen, ab altera partibus. Quibus quidem bonis, quoniam bona Fid.
Vrē hęreditaria contigua esse accepimus, mandamus Fid. V. vt vbi
Gnioresciæ ipsorum Commissariorum vocata die et loco ab eis officio,
coram eisdem compareat, parietemq bonorum suorum attendet, et ubi
legitime agnoscendus sit agnoscat. Pro gratia nostra. Datum Varsso:
viæ die Nona mensis Martÿ Anno Dni. M. D. Regnorum nostrorum
Polonię anno. xxiii. Sueciæ vero octauo. Contra quem prosequit
Judicialiter ipse actor inscta Gnioresciæ Dnorum Commissariorum,
eiusmodi. Nicolaus Herbulÿ de Sulistin Russię, et Humaczen
Capitaneus, Marcus Sobieski Lublinen, Stanislaus Wodeli de
Hermanowo Bellzen Halicien et Colomien. Capitaneus, Pallatini,
Stanislaus Zolkiewski de Zolkiew Leopolien. Capitaneus Rubieszo:
ien et Kaluszien, Jacobus Prettfich de Garzonÿ, Camenecen, Capneus
Trembowlen, Castellani, Andreas Siemienski de Siemno in Golagorÿ
Succarius,

Succamerarijs, Petrusbozga de Ossa Judex, Josephus Narcisovskij de Narcisovo Subjudex, Joannes Prosforovskij Notarius Servies Leopolienß, Gaspar Wasilcsin skij Tribunus Leopolienß Commissarij ä Sac. R. Mte delati, et ad negocium infrascriptß deputati. Tibi Gnoso Melchiori Rosnovskij. Jmotescimus oblatas nobis esse literas Commissionis ä Sac. Rß Mtte Dnó nrö Clementmo, quibus Sac. Regia Mtas nobis committere dignata est, ut captato certo tempore idoneo, ad locum differentiarum, inter bona sua Regia Mtis Sursovo, aliorumq; ad id pertinenß Capitaneatß Zidaczowienß ex una: et Oppidi Turczo, villa Nieszkowicza, ca, fundi Kielcze, et aliorum bonorum ad id pertinenß ex altera partibus, hereditariorum, Gnosi Nicolai Danielowicz Capnei Drohobyczenß, condescendamus, differentias bonorß præfatorum signis metalibus consignemus, et omnino ijß differentijß finem imponamus: proinde litera prafatæ Commissionis latius penes nos exarrant. Quare mandamus vigore Regio, et in quantum nos in parte fungimur Commissariali auctoritate, ut coram nobis et officio nrö Commissariali Sabbato post festum S. Nicolai Pontificis hoc est Novena Decembris proximæ futuro, in loco ubi per actorem constituti fuerimus personaliß et peremptorie comparcat, parietemq; eorum signabitis vel habere pretenditß contiguum in bonis eius Sac. Rß Mtis agnoscatß et attentetß: de judicialiter ad premissa et alia tibi in termino futuro declarandß, ensurus, attentaturus, pariturus. Certificandß te quod sine comparueris sive non, nos ad ea quæ nobis et officio nrö Commissariali incumbunt cum te contumacia tua non obstante procedemus. Datß in Zarnowiec quindecima die Mensis Octobris. Anno Dñi. Millesimo Sexcentesimo. Et prædictus Gnosus Melchior Rosnovskij, hæres villæ Wosterchisznie se post acclamationem, uti de jure est, factß ex remissione judiciaria terminum attentandß, ac mandato Sac. Regiæ Mtis et finotescendum parendß, parietem ultra vigore tractum granicialium, circa viam, quæ tendit de villa Wosterchisznie se et Kresorow ad oppidum Godorowskaw, per directum, ä loco dicto Hlubolia dolina Gnoso Nicolao Danielowicz Capneö Drohobyczenß agnoscat, contiguitatemq; suam attestatus est. Nos ita audita

audita recognitione denuo extinctj facta, attentaq; attestatione parietj
cum vsufructu fundi collateralib attracti, visisq; literis gramitialibus,
ipsius collateralis villa Woserki scynese, et vigore earum extendentia,
ipsius parietib, nemini partium faciendo, sed Deum opt: Max: ac
iustitiam sanctam pre oculis habendo, ex officio nostro Commissoriali,
ne in ea causa ex vtraq; parte committantur pericula, vigore Constitu:
tionis obtinuimus de, indagare ipsius rei veritatem, vtrum altera eor
pars cygna notabiliora commonstret, deneb per vtrasq; partes statu:
tob fegrit. Tandem deneb suprascripti quanto rectius ab ipsis loco
agniti parietib processerunt, nosq; ducebant, ad locum dictum Klubo:
lia dolina defluentem, quo loco Klubola dolina nos duxerunt in
septemptionem vsq; ad verticem montis. A qua summitate mon:
tis in dextram partem declinantes, ad lutum dictum Braniewo.
A quo loco vel luto Braniewo in montem declinantes pervenie:
mus ad lutum dictum Bielebzschj, et transeundo lutum Biele:
bzschj perduxerunt nos per campum, vsq; ad parietem Gnosorum
Martini patris, et Valentini filij Kalinowscj, ad oppidum Kmie:
zimiensk et villa Gnosorum Stanislai et Symonis Langkeorum scj:
militer antigua Kmiezimiensk, ad locum dictj Rowne, et ad viam
stratam magnam de oppido Kmiezimiensk versus oppidum Godorow,
staw tendens. Qui prefati Generosi Kalinowscj et coeteri hæredes,
tam oppidi quam villæ Kmiezimiensk, ê vestigio stantes, termi:
nos eosdem agnoscen, inó mandatj sac. Regiæ Matis ac Sinotescens per
Dnos Commissarios pro die hodierna aspicienq; partes editam tenoris
ejusmodi. Sigismundus Tertius dei gratia Rex Poloniæ, ma:
gnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Livo:
niæq; necnon Rex Sveciæ et magni Ducatus Silandiæ Princeps &c.
Generosis Martino Patri et Valentino filio Kalinowscium, coete:
risq; hæredibus, tam oppidi quam villæ Kmiezimiensk, fidj. nobis
dilectis gratiam nostram Regiam. Fidj. nobis dilecti. Deputavi:
mus certos Commissarios nostros ad faciendos et constituendos limi:
tes, inter bona nostra Regalia villæ Ruessow, et aliarum ad id
pertinens, ad Capreatum Zidaschowiensk tenutæ Gnosi Nicolai
Snitek Ligezia Castellani Gedanen, et Capnei Zidaschowiensk
spectans

spectans ab vna: Et bona hereditaria Gnosi Nicolai Danielowicz Capitanei Drohobyc. oppidi Zurow et villae Wierzbica fundig. fel. fe et aliorum ad id pertinen, ab altera partibus. Quibus quidem bonis gromam bona Fid. V. hereditaria contigua esse accepimus: mandamus Fid. V. vt vocatis ipsorum Commissariorum vocata, die et loco ab eis fixo coram Eisdem compareatis, parietemq; bonorum suorum attentet, et vbi legitime pariet agnoscendi agnoscatis. Pro gratia nostra. Data Warsovia die Nona Mensis Martij. Anno Domini M.DC. Regnorum nostrorum Poloniae Anno xiii. Sveciae vero viii. Post cuius mandati reproductionem Pfatus Actor deducendo terminum citatis ex Innotescentia nostra ad Commissionem emanata, qua sunt citati in hac verba. Nicolaus Herburtt de Fulsztyn Russiae et Plumacen Capitaneus, Marcus Sobieski Lublinen, Stanislaus Wlodek de Hermanow, Bessen Halicien, et Colomien Capitaneus, Pallatini, Stanislaus Zolkiewski de Zolkiew, Leopolien, Capneus Kreczowien, et Cathusien Jacobus Przedpełski de Gawcowice Camenecen, Capitaneus Trembowlien. Castellani, Andreas Sienienski de Siemno in Polegory Buccacen. varius Leopolien, Petrus Ozga de Ossa Index, Josephus Narcaiowski de Narcaiow Subindex, Joannes Stroynowski Notarius Terrae Leopolien. Jaspar Wasilewski Tribunus Leopolien, Commissarij a Sac. Regia Matte dati, et ad negocium infrascriptum deputati. Dominis Gnosis Martino Patri, et Valentino filio oppidi, Stanislao et Anna Kalinowskim villae Mierzwin de hereditibus, seu gromis modo possessoribus, Innotescimus oblatas esse nobis literas Commissionis a Sac. Regia Matte Dno nostro Clementiss, quibus Sac. Regia Matas nobis committere dignata est, vt capitato certo tempore idoneo, ad locum differentiarum, inter bona sua Matis Regia Successoru, aliarumq; ad ea pertinen, Capneatus Zydaczowien ex vna: Et Gnosi Nicolai Danielowicz Capnei Drohobycen, oppidi Zurow, villae Mierzbica finidi. fel. fe, et aliorum bonorum ad id pertinen ex altera partibus hereditariorum condescenderamus, differentias bonorum praefatorum,

Signis

rigmis metalibus consignemus, et omnino ijs differentijs finem impona-
mus; prout litere prefate Commissionis hac in parte premissa enarrant.
Quare mandamus vigore Regio, et nostra qua in hac parte fungimur
Commissariali auctoritate, vt coram nobis et officio nostro Commissari-
ali Sabbatho post festum Sancti Nicolai Pontificis, hoc est nona de-
cembris proxime futuro, in loco vbi per adtorem constituti fuerimus,
personaliter peremptorieq; compareatis, parietemq; vtrum si quem
habetis vel fabere pretenditis contiguum in bonis vestris prefatis
agnoscatis et attentatis, litis indicialiter adpensa et alia vobis
in termino futuro declaranda responsuri, attentaturi, et parituri.
Certificantes vos quod sive comparueritis sive non, nos ad ea quae
vobis et officio meo incumbunt contra vos contumacia vestra non
obstante procedemus. Datum in Germicow quindecima die Mensis
Octobris. Anno Millesimo sexcentesimo. Post quorum omnium
deductionem Generosus Martinus Kalinowski haeres oppidi Kmie-
cinensis, nomine suo ac aliorum haeredum villae Kmiecinensis post
acclamationem sui iudicis factam, terminum hodiernum vigore
mandati Sacrae Regiae Maiestatis, ac limine essentiam eram pro die hodierna
legitime emanati, parendo, parietem vltro in loco dicto Rowne
apud viam stratam de bonis eius haereditariis oppidi Kmiecinensis,
ad oppidum Godorowstaw tendentem, in bonis suis haereditariis et filij
sui, cum a villa Kmiecinensis Gnosorum Lanestarum sitis, Gnoso Nico-
lao Danielowicz Capneo Drzewicensi Actori agnovit contiguitatem
suam attestatus est, pars vero conventa vocata Gnoso Capitaneus
Zidaszowiensis, per testes suos suprascriptos statutos, deducebat
ductum similiter a prefato pariete bonorum Wosierzyszinensis, et
eundem determinavit, circa parietem suprascriptorum haeredum,
Kmiecinensis, verum per obliquam nulla possibilitate, nec possessione de-
monstrata deducebamur. Nos vero in loco differen-
tiarum circa viam, de villis Wosierzyszinensis et Kregorow ad oppi-
dum Godorowstaw, tendentem, omnem stropulum arialem ex una par-
te via, versus orientem haereditatis et possessionis hactenus conti-
nuata Gnosi Melchioris Rosnowski, villae Wosierzyszinensis ipso Ro-
snowski attentante et personaliter comparente de terra erexerimus,

ex altera

ex altera vero parte vie versus occidentem duos scopulos cognie arialeb: alterum Gnōsi Nicolai Danielowich Capnei Drosobjanj, hereditalle vieriboja et Bielese villagij, alterum sanct. R. Matis villa Sugsovo et Mol. tatiske Capnei Zidasowien' dippavimus, et de terra erexerimus. Tandē dictum vtrarum partium demonstratum, tam Senum sanct. R. Matis, quam actoris, causa informationis meliorib, tam de proprietate fundi Bielese, cui hereditati subiaceat, quam possibilitate granicierum qui: bus locis distinctio possibilius fieri debeat perspeximus, vsq; ad collate: ralem, alterum hereditatib Kniesjnicke, et hereditateb treb distincta: rum possessionum, Sugsoro, Mierschicka, et Kniesjnicke, in quo loco pari: ctem bonis supra scriptis contiguum agnouerunt collateraleb. Moderati: onem itaq; ex prescripto constitutionib. Dei nomine invocato, faciens infrascripto modo distinctionem perferimus. Deum solum et con: scientias, ac iustitiam prae oculis habenteb, euntes inuet crata possessione fundorum, observantes limium rectum, vsq; ad communem parietem oppidi Kniesjnicke, incipiendo a via circa quam scopuli acia: leb treb, sine omni contradictione erecti sunt, praefata via in decem: tionem praetonsine ex vtraq; parte vie, inter bona. Gsata, villam hereditam Mierschicka, et villagij Bielese Capnei Drosobjanj, ac villam sanct. R. Matis Sugsoro, euntes dippavimus, et de terra erexerimus, omnium post alium scopulos triginta decem, qui scopuli hereditateb in perpetuum distinctabunt, prout antea vsum et possessionem via ipsa distinguebat. Tandem ex praefata via decli: nantes nob in partem dextram ex altera parte vie dippavimus scopulum unum. A quo scopulo euntes antiquo vsufructu agrorū villae Mierschicka, quanto rectius ad orientem, dippavimus per agros, et de terra erexim̄b, omnium post alium scopulos decem, ad lutum dictum Bromiowo et pertransiendo lutum Bromiowo, in littore eiusdem luti in prato dippavimus scopulum unum, a quo scopulo quanto rectius itum est versus orientem per monticulum pratensiue per agros, in quo loco vsq; ad lutum dictum Bielebrzesji, ibidem dippavimus omnium post alium scopulos tredecem. Demum transeundo dictū lutum Bialobrzesji, dippavimus in marginibus luti scopulum unū: a quo scopulo quanto rectius euntes in orientem, ad locum dictū

Ronone

Rowne, ad viam stratam magnam publicam, que tendit ex oppido
Chodorowstaw ad oppidum Kniesfinicze, vbi parietem hæredes oppidi
et ville Kniesfinicze agnouerunt, per agrob nec ad dinistram nec ad le-
ram nos declinantes, sippauimus tropulos octo. Jn quo loco per hære-
des Kniesfinicze, videlt Gnosium Martinum Kalinowsky adstitum et per-
sonaliter comparentem, suis et filij sui nomine, concurren' trium pariet
agrist, scopulos, tres arialeb, vnum videlt hæredum de Kniesfinicze, alte-
rum hæredis ville Mierszoiscza et Kielcze, et alterum ville dal Regia
Mtis Snycrow, et Woltaticze, ereximus et de terra sippauimus,
ac per vocem precomb Prouidi Tereschi de Lagowicze totius Rus-
sie Gralem, quibus id interest denunciauimus, volentes easdem robore
firmitatis perpetua obtineri, ac iuxta statutorum continentiam
vim habere roborq, ter et vltra quater per vocem Nuncij alib pro-
clamare mandauimus, vter ijsdem contradicet, neguidem contra-
dicit. Actum et datum vt supra. Jn quorum fidem sigilla
nostra cum subscriptione manuum ad hoc idem instrumentum
appendi iussimus. Sta: Wlodek de Hermanow Palla: Belzen.
Kal: Co: Capell. Stanislaus Zolkiewski Castell. L. Rew: Calusch
Andrzei z Ciemna. P. L. rzka ewa. Joseph Naraiowski Dod.
del Lwowski. mpp. Kasper maschinski N. L. pp. Joan: Crosnow.
Duj Notp. J. Leopolien. Nos igitur Sigismundus Rex
supplicationi predicti ei in re iusta et equa benigne annuen.
presentes literas in omnibus earum punctis, clausulis, et con-
ditionibus, confirmandas et approbandas esse duximus: et
quidem quantum iuri publico non deroganr approbamus
ratificamus per presentes, volentes vt robur suum debitum
semper et vbiq; obtineant. Jn cuius rei fidem presentes nam
nostra subscriptas, et sigillo Regni communitas ex Actis
Cancellarie extradi iussimus. Datum Varssouie die
xxviii^a. Mensis Februarij. Anno Domini M^o. CC^o. V^o.
Regnorum nostrorum Polonie xviii^o. Sueie vero anno xj^o.

Sigismundus Rex.

Confirmatio

Confirmatio collationis certi fundi p Magem Paltnm Sandomir & Eccla Medinicen.

Sigismundus. dei. Significamus. dc. Quod cum Magcus Georgius Mniszek de magna kuna de Dlugie Palatinus Sandomir. cen. Leopolien. Samborien. Medinicen. Capitaneus, augen. cultum divinum fundum certum Bornie Mnie nuncupat. in villa Medinicka consisten. antiquitus inter fundos Eccliasticos adiacen. Eccliam Parrochiali Medinicen. Plebaniq illius, nunc et pro tem: pore existen. literis suis peculiaribus concessisset, ac contulisset: alias prout eadem litere de actu et data Samborie die ultima Mensis Julij Anno Domini, Millesimo Lxccentesimo Quarto, quas sic pro inserib. fabere volumus, latius premissa in se enarrant. Supplicatumq nobis esset nomine Vnabilis Nicolai Iforna Zoltow. sky Canonici Premislien. et Plebani Medinicen. vt eam concessionem seu collationem fundi preinserti, auctoritate nostra Regia approbare, ratificare, et confirmare dignaremur. Nos supplicationi einsmodi benigne annuen. cupien. cultum divinum promouere, Eccliasq pronentus et commoda augere, literas suprenominatas concessionib. predicte, ratas et gratas habenteb, approbandab, ratificanq. et confirmanq esse duximus: vtq. auctoritate nostra Regia, approbamus, ratificamus et confirmamus literis presentibus nostris, fundumq supranominat. cum illius omnibus adiacentib, et commodis Eccliasticis predicta Medinicen. Parrochiq nunc et in futurum existentibus incorporamus et adungimus, inuiq ac immunitati Eccliastice adscribimus perpetuo. In cuius rei fidem. dc. Datum Warssonie die Prima Mensis Martij. Anno dni M.o DC.o V.o Regnorum nostrorum Polonie xcviii.o Sueciq vero anno xx.o

Sigismundus Rex.

Oblata Nobilitationis Schulcon.

Sigismundus. dei. Significamus dc. Oblatas esse adada.

ad Acta Cancellariæ nostræ mittis literas infrascriptas Pergamenæ:
as manu Serenissimi olim Sigismundi Augusti Regis Poloniæ Avunculi
nostri dilectissimi subscriptas, ac sigillo maiori Regni communitas
sanas, salvas, illæsas, omnig suspicionis nota carentes, continentes
se Nobilitationem Gasparis, Balthasari, et Dominici Schüllesiorum: Sup-
plicatumg; nobis est vt easdem literas adscribi ex eisdemg describi
atq; authentice extradi mandare dignaremur. Quarum literarum tenor
de verbo ad verbum legitur et est talis. In nomine Domini
Amen. Ad eius rei, quæ præscripta infertur est, memoriam semp:
ternam, prudens et sagax hominum natura, et nullas laude admira:
tione dignas res excogitauit, ita et hanc non postremi inuenij reperit,
quod ijs qui se totos virtuti deuouerunt, honoris perpetui insignia
tribui velint, veluti frustra omnigenæ rei arduas et præclaras tenta:
tarum ac perfectarum fore iudicans, nisi cum gloria quæ virtutis
solet esse comes, consequeretur: siquidem ea re duplex beneficij fructus
effici solet. Nam et viris claris suus honos persolvitur, et posteritas
hoc exemplo ad recte faciendum potissimum accenditur. Quare et
nos Sigismundus Augustus Dei gratia Rex Poloniæ, magnus Dux Li:
thuaniæ; nec non terrarum Cracouiæ, Sandomiriæ, Siradiæ, Lanciciæ,
Cuianiæ, Culmens, Mazouiæ, Pomeraniæ, Russiæ, totius Prussiæ, Maso:
uiæ, Samagitiæq; &c. dnus et hæres. In tribuendis honoribus eius
modi, Principes illos, à quibus id per manus traditum, habemus, iudi:
candos nobis esse putauimus: et proinde omnibus quorum interest,
est, planum testatumq; facimus, hisce nostris literis. Quia nos ha:
bentes rationem fidelis ac diligentis seruitutis, Honesti Jaspa:
ris Schulesse, qua se nobis dedidit, ac magis in dies reddere stu:
det gratum et acceptum: Volentes eundem Jasparem Schulesse ad
futura seruitia promptiorem reddere, considerantes ipsum et fra:
tres ipsius Balthasarem et Dominicum Schulesse bonis aviis et bonestis
parentibus progenitos eosdem Nobilitandos duximus: nobilitamusq;
ac Nobiles creamus. Cuius quidem Nobilitatis habebunt insignia
stemma eis à nobis donatum et concessum, Scilicet vestis coloris rus:
bei, in quo brachium armilatum tenens in manu iaculum, cum tribus

stellis

Stellis aureis txiangulatim munitam, et coronam aureā fine glandico-
loris, in summitate clypei: ita vt in hisce literis opera et imitatione pi-
ctoris perfectum est. Quo quidem insigni ipse cum fratribus vtetur, tam
in obsignandis literis, quam in monimentis, edificijs, et aedibus gui-
busuis Nobilibus viris exercendis, omnibusq; immunitatibus et
prerogatiuis, quibus Nobilitas Regni ornata et dotata est gaudebit
perfruenturq, et ad assequendos quoslibet in Regno nostro honores et di-
gnitates, non secus ac, nec non ordines illorum vtriusq; sexus successoribus,
temporibus perpetuis, iter patebit, atque ijs, qui ex maioribus suis Nobilita-
tis acceperint initium. Quocirca vobis id universis et singulis, Nobili
sanguine natis, et honoribus quibuscunq; ornatis, denunciamus, vosq;
pro nostra auctoritate hortamur, vt eosdem superiusscriptos insigni
Nobilitatis a nobis decoratos, vobis gradu et existimatione aequales
habeatis, nec ulla obtrectatione claim vel aperte famam illorum laedatis
et proscindatis. Quod vos pro singulari vestra virtute et officio facturos
vos non dubitamus, gratiam vobis ea re nostram et favorem concilia-
turi: Alioqui quicunq; is esset ex hominibus ditionis et potestatis
nostrae, qui eorum virtuti et existimationi, obtrectare, et contra insigne
hoc virtutis et Nobilitatis a nobis illis delatum venire ausus fuerit,
Quingentas Marcas argenti mulctabitur, illudq; demum
argentum fisco meo applicabitur. Vt autem maior huic Privilegio fa-
cultas fiat, illud et manu nostra subscripsimus, et sigillo nostro obsi-
gnari iussimus. Actum et datum Piotrcoviae in Conventione Regni
mei Generali, feria Sexta infra Octavas Corporis Christi. Anno Dni
Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo. Regni vero nostri anno
Vigesimo primo. Quae scribimus Reverendo. et Reverendo, in Chro Pri-
mo Dno, Nicolao Vierzgovsky, Sanctae Ecclesiae Metropolitanae Gne-
snen Archiepiscopo, Legato nato, et Regni nostri primate, Samuele Ma-
ciejowsky, Cracovien, et Regni mei Cancellario, Andrea Zebrzy-dow-
sky Cracovien, Benedicto Izdbienski Posnanien, Andrea Noskowski
Plocen, Joanne Dziadusky Premislien, Stanislao Hosio Culmen,
Joanne Drohojowsky Chelmen, Leonardo Lonicerio Samogitien
Episcopis: nec non Magnificis, Venerabilibus, et Generosis,

Joanne

Joanne Comitem Tarnow Castellano Cracovien. et Exercituum Regni
nostri supremo, ac Sandomirien. Archiep. Gnesnen. Primate
Comite in Wisnicze Cracovien. Regni nri magno Marsalco, et Cra-
covien. Praemislien. Lancicien. Coleng. Capitaneo, Jannussio Latalski.
de Labischyn Posnanien. ac Summo Cadislavien. Hungarien. Capneo, Joan-
ne Comite a Ostrorog Sendomirien. Curiae nostre Marsalco, ac Lublinen.
Leonien. Capneo, Nicolao Jarand de Brudzewo Lancicien. Raphaele Le-
szczynski Brzesten. et Capneo Radomien. Joanne de Koscielec Jarn.
dladislavien. et Brzesten. Terre dobrzynen. Conalien. Capneo, Petro
de Dambrowica Russie, ac Radomien. Casimirien. Capneo, Joelice
Leszczynski de Soulow Rocen. et Mariaburgen. Plocen. Visnen. Capneo,
Joanne Ostrorog Mascovie, et Varssavien. Nuren. Capneo, Andrea
de Gulczyno Ravien. Palatinib. Andrea Comite a Gorka Posnanien.
et Maioris Polonie Generali, Buscen. Capitaneo, Martino Zborowski
Calissien. et Dobrzynien. Siradien. Sochaczen. Czersken. Capneo, Spitkone de
Tarnow Sandomirien. Regni nostri Thesaurario, ac Krzesicen. Brzesnicen.
Krzepicen. Capneo, Stanislao de Pilcza Cracovien. Nicolao Mo-
nasterski Camecen. Philippo Trzcinski Ravien. Laurentio Spytek
Jordan de Melstyn Sandecen. Georgio Komarski Mielzirecen. Sta-
nislao Laski Wisnien. Joanne Ocieski Biecen. Venceslao Zarem-
ba Naklen. Stanislao Gomolinski Rosperien. et Capneo Mielz-
nen. Janussio Koscielecski Bydgostien. Naklen. Bydgostien. Ca-
pitaneo, Nicolao Odrowski Premislien. et Capneo Leopolien. Joan-
ne Bonar de Balice Oswiecimen. et Capneo Rabstinen. Stanislao
de Tarnow Zarnowsten. et Capneo Siradien. Joanne Sieniensi de
Gologory Halicien. Martino Zborowski Krzyzwinen. Castellanib. et
omnium Terrarum Nunciis, Valentino Dembinski Burgrabio Cra-
covien. Curiae nostre Referendario, Andrea Oleanicowski Gnesnen.
Lancicien. et Sancti Floriani in Clepardy Praeposito et Scholastico,
Joanne Przerembski Praeposito, Stanislao Wolski Cuiavie, Philippo
Padnieński Cantore, Andrea Petrykowski Decano Posnanien.
et Canonico, Martino Cromero in vtriusq. Doctore, et Canonico Cra-
covien. Secretarijs nostrib. Joanne Lubomierski Burgrabio Cracovien.

Curiae

Cracie nostre Thesaurario, Nicolao Mnissek de magna Kunczyce de Burgrabio Cracouien⁹, Cubiculi nostri Prefecto et Lucovien⁹ Solicali: ensq; Capneo, Stanislao Ligęza pocillatore meo et Capneo Fissovien⁹ Gabriele Hardo Dapifero mensę meę, et alijs quamplurimis Dignitarijs et officialibus q; fidedignis circa prämissa existens. Dat⁹ per manus Ipsius Rndi in Xpo Patris Dni Samuelis Maciejowskij Epi Cracouien⁹ et Regni Polonię Cancellarij Syncere nobis dilecti. Sigismundus Augustus Rex mpp. Nos itaq; Sigismundus iii. Rex supranotatis supplicationibus dicta benigne annuen⁹ Priuilegia literas Nobilitationis ad Acta Cancellarie nre minoribus suscipi et ingrossari ex eisdemq; describi, alijq; authentice extradi mandauimus: volentes vt robur firmum debitum semper et vbiq; obtineant. In cuius rei fidem etc. Dat⁹ Warssauię in Conuentu Regni Generali die vii⁹ Mensis Martij. Anno Dni. M°. D C°. V°. Regnorum nrorum. Polonię xxiii°. Sueciæ vero anno xii°.

Mattias Epus Kamien⁹
R. P. Vice Cancellarius.

Rndus Dnus in Xpo Pater Dnus Mathias Episcopus Kamieniecken⁹ et Reg. Polonię Vicecancellarius.

Castellanatus Culmen Gnoso Georgio Kostka confertur.

Sigismundus. Etc. Significamus. Etc. Quod cum tam: ta sit in Regno nro Senatorij munerib⁹ dignitat⁹, vt in eo precipuum ipsius Reipublicæ decus et ornamentum omnium esse videatur: per magni et Reipublicæ et nostra interesse ducimus et in ijs honoribus mandandis id consilij adhibeamus, quo non nisi publico & vsu et virtutis vndeq; ornatissimis, tante dignitat⁹ ceu a nobis concedentur. Quo fit vt post aquam non multo ante tempore morte Ihosi Georgij Kostkowsky Castellanat⁹ Culmen⁹ vacare accepimus, diligenter cum aio nro quinam ipsi in eo honore suffici deberet quæsiuerimus, inter alios virtute et meritis insignes viros, Ihosum Georgium Kostkam a Stembark Oeconomum nostrum Vlaric:

Inxgen⁹

burgens et Capneus Polubens dignus visus est qui id muneris ex Re:
gni vrā dignitate sustinere possit. In eo enim sine illa que plerig ad
consequendos honores sibi comparant, fortune animi eum bona et
generē Nobilitat spectemus, ea est prosapia oriundus, que cum qua:
vis non antiquitate solum, sed etiam Claris simis in Reipub^am et
Regnos decessoribus suis, domi militiq; meritis certare possit, sine pro:
priam ipsius virtutem, cui suo iure honos debetur, respicamus, nulli
etat ipsius tempus est, quod non virtuti, patrie, vel reo ei nil impedi:
erit, nam postea quam ingentem etatē trā rum Regijs multisq; pere gri
nibus ita peregisset, vt in ea doctrinam, rerum vsum, aliaq; optima
ad eligendi etatis et grauis honores subsidia sibi comparasset, animum
animum ad Reipub. nostrum q; vsum appulit, breuiq; Capneatis Polu:
benē auctus, ita in eo Reipub. nobisq; operam nauauit, vt post mortem
optimi fris sui munus Oeconomi Mariaburgens ia nobis emerueit, in
quo pristina quoq; virtute, et erga nos fidei constantiam ita experti
sumus, vt latiore campum senatoria dignitate iure suo ia nobis coer:
dicaret. Itaq; Castellanat Terre Culmen, morte Gnosti olim Georgij Kosc:
lis penitus eoccepł. neq; pro quopiam alio reseruatis, sed omnibus in genere et singulis in specie comprähensis, conuentim et in solidum te. rebunt, habebunt, possidebunt, illaq; vtentur et fruentur, ad vtri. usq; seu alterius eorum superuiuentis extrema vitä tpa. Promit. timusq; pro nobis et Sex mis o succoribus mis non esse nos et succores mros, ab eisdem comigibus superstibus aut alteruro eoꝝ superstiꝫ te, dictam villam et fundum supranotatum amoturos, aut alienaturos, neq; amouendi aut alienandi cuipiam ptatem facturos, verum in quieta et pacifica possione nos eosdem comiges quo adiuixerint, aut alter eoꝝ vixerit conseruabimus, et succores mri conseruabunt. De quibus quidem bonis nihil nobis et thesauro mro de tribus prouen. tuum partibus respondere tenebuntur, solum modo quartam Re. ipub: debitam Ratam quotannis repräsentabunt. Iuribus mis Regalibus ꝛc. In cuius rei fidem ꝛc. Datum Cracouiä die xxcixo Nouembris. Anno Dñi Mo DCo Vo Regnorum vt supra.

Sigismundus Rex

Martin. Kosciesky

Consensus cedeñ villa Klonna in personam Odrziwolski

SIgismundus ꝛc Significamus ꝛc Quia nos consentiendum et permittenꝫ esse duximus, consentimusq; et permittimus hisce tris mis Nobili Andreä Odrzivolski, vt possit et valeat de omni et integro iure suo aduitalitio, quod illi ad villam nram Klonna in dtu Opo. czneñ sitä, competit, ac summis in eisdem bonis habitä Nobili Abra. hamo

hamo Odrzirowolski militi mco coram quibuscunq Actis Regni auten-
ticis cedere et condescendere, ac omne ius suum in personam illius trás-
ferre et transfundere. Quæ quidem cessio iurisq; transfusio post quam
facta et suum effectum sortita fuerit nobis rata et grata erit, vti ea
quæ cum consensu mco peragetur vigore cuius prafatus Abraham Odrzi-
wolski nobis et Reipub: cum in alijs multis expeditionibus tum in Va-
lachica con Michaelem Patttum Moldauia, et Liuonica prasen con
Carolum Ducem Sudermaniæ bene meritus, eandem villa cum omnibus
attinen et pertinen, ex antiquo ad illam spectan, tenebit, habebit, possi-
debit, pacifice et quiete vtifruetur ad extrema vitæ suæ tpa. Promit-
timus q verbo mco Regio pro nobis et Sermis successoribus mis Regibus
Polonia quod durante vita dicti Abrahami Odrzimolski non esse-
mus eum a pacifica possone, et usu aduitali predictæ villæ suaq; at-
tinen amoturos, alienaturos, aut inde redempturos, sed semper ipsi sal-
uum et illæsum ius aduitalitium quoad vixerit conseruaturos. Ra-
tione cuius aduitalitatis quartam partem summæ iuxe Constitutiones
Regni nobis et Reipub. condonare tenebitur. Post mortem vero ips
non prius successores de eisdem bonis cedere tenebuntur, quam summa reli-
qua ttmè in spta illis plenarie et integre persoluta et numerata fuerit.
Iuribus mis &c In cuius rei fidem &c. Datum Cracouiæ die III^a Men-
sis Decembris. Anno Dñi M^o DCV^o Regnorum vt supra

Sigismundus Rex

Michalowski

Consensus cedeñ villa Tenczinek alias Przistan in personā Danilowicz

Sigismundus

Sigismundus &c. Significamus &c. Ita de nobis et Republica nra Gnosum Joannem Danielowicz Incisorem Regni et Betzen. Cozsunen. g. Capreum nrum meritum esse, vt nullam occonem g.a et munificentiæ nræ illi contestandæ &c. termittendj esse putemus. Quocirca cum Nobilis Helizabetha Lipska filia Nobilis Joannis Tolecka, consors verò Nobilis olim Valentini Lipski vidua relicta, iuxe suo quod illi super villam nram Jenczynek dict. Przystań, in Capitu Betzen. consistenj, spoiato Gnoso Joanni Danielowicz cedere illudq. in personam illius transferre et transfundere consensu nro ad id accedente constituisset, nos non grauatim eam in rem consentiendj esse duximus, prout quidem consentimus pntibus lris nris. Quæ quidem cessio iurisq. transfusio, postquam temè coram Actis quibuscunq. autenticis Regni facta et recognita (quæ tamen ad Acta Cancellariæ nræ infra decursum vnius anni transferri debet) fuerit, nos eam ratam et gratam, vti quæ consensu nro procedente peragetur habituri sumus. Vigore cuius cessionis, atq. consensus nri villam eanq. cum omnibus eius attinenj et pertinenj, ad eam ex antiquo spectanj, nullis penitus exceptis, pro nobis et aliogquopiam reseruatis, ita quemadmodum à spdicta Nobili Helizabetha Lipska possidebatur, tenebit habebit, et possidebit ad extrema vitæ suæ tempora. Promittimusq. pro nobis et Sexmis successoribus nris, quam diu idem Gnosus Joannes Danielowicz in viuis extiterit, nos eum et Sexmos successores nros ab usu et possone dictæ villæ, omniumq. illius attinenj non amoturos, quin ipsi ibidem integrum ius aduitalicium gstaturos. Rone aut huius aduitalitatis quartam partem Rauam iuxe gscriptum Regni Constitutionum, quotanis inferre tenebitur. Iuribus nris Regalibus &c. In cuius rei fidem &c. Datum Cracoviæ die viæ Mensis Decembris. Anno Dni et Regnor vt supra

Castellanatus Wolhiniæ confertur
Alexandro Zastawski &c.

Sigismundus ☞ Significamus ☞ Quod cum plurimum Reipub: interesit
vt splendor Illustrium familiarꝝ conseruetur, et ꝓclaris orti parentibus
maiorꝝ suorꝝ vestigijs insistentes ad eaꝝ exemplar sese effingant, virtu-
tesq; eorꝝ ac ꝓclara in priam merita cupidissimè persequantur. Eum es-
se Illꝝum Zaslauien: Ducum in Regno mẽo familiæ splendorem, quem
perpetua quadam seriè à maioribus traditum, et ad posteros transmissũ
stirpẽ ea: ortꝰ propagare, et clarissimis factis longè Illustriorem reddere mũ-
quam intermiserunt; ea erga nos maioresq; mẽos, ac vniuersam Rempub: et
in toga et in armis merita, vt et in pace prudentissimi Senatores, ac opti-
mi Ciues, et in bello inuicti animi Duces et strenui milites ex ea ꝓdierũt
ob eam causam ꝓcipuum quoddam contra subitaneos hostium incursus
Reipub: propugnaculum sit habita semperq; extiterit, vt iure optimo et
Sermi ꝓdecessores mei, et nos ipsi eius familiæ cohonestandæ, et ad amplis-
simos in Reipubca honorum et dignitatum gradus euehendæ, nullã vn-
quam occoem ꝓtermitten: existimauerimus. Quod ut et nunc re ipsa
testatu faciamus Illmum Alexandrum Illyris et Magni Iamusij Zasla-
uiæ Ducis de Ostrog Palatinũ Wolhiniæ filium cuius spectata indoles
ac incitatum ad virtutem et res ꝓclaras studium beneq; de nobis et Re-
pub. merendi constans animus nobis satis est perspectus in numerum Se-
natorꝝ nrorꝝ cooptandꝰ et adscribẽdꝰ eiq; qua ampliorem virtutis et indu-
striæ exercendæ, campum habere possit Castellanatum Wolhiniæ morte Ino-
si olim Michaelis Myszka vacantem conferẽdꝰ esse duximus, vti quidem
ꝓntibus tris nris cum omnibus ꝓrogatiuis, vtilitatibus et emolumẽ ad eũ-
dem Castellum antiquitus pertinẽ, contulimus ad extrema vitæ tempora
vel maioris alicuius dignitatis assecutiõm, tenẽ habẽ et possidẽ. Quod

ad

ad omnium quor interest præsertim vero dignitarior officialium ac totius nobilitatis Palltus Wolhiniæ ad notitiam deducentes mandamus, vt prædictum Illm Alexandrum Zaslawska Ducem de Ostrog pro vero ac timo Castellano Wolhiniæ agnoscant, eigz de loco progatiuis et obuentionibus ad eundem Castellum spectan respondeant et ab alijs responderi curent, Progra mea. In cuius rei fidem &c Datum Cracouiæ die IXa Decembris. Anno Dni M°DC° V°. Regnor ut supra.

Sigismundus Rex Staus Lubienski

Consensus cedeñ villa Zadwo rze in personam Moramiec

Sigismundus &c Significamus &c. Quia nos consentien et permitten esse duximus, consentimusq et permittimus hisce tris mis Nobilibus Alber. to et Annæ Richlowskiem comugibus, vt possint et ualeant, de omni et in. tegro iure suo aduitalitio, quod illis ad villam mram Zadworze in Pallu Russiæ competit Prioso Martiano Moraviec Camerario Gramiciali Leopo. lien coram quibuscunq Actis Regni cedere et condescendere, ac omne ius suum in personam illius transferre et transfundere. Quæ quidem cessio ru. risq transfusio postquam facta et suu effectum sortita fuerit, nobis rata et grata exit, vti ea quæ cum consensu mro peragetur, uigore cuius præfa. tus Martianus Moraviec eandem villam, cum omnibus attinen et perti. nen ex antiquo ad illam spectant, tenebit, habebit possidebit, pacificq et quiete utifruetur ad extrema vitæ suæ tpa. Promittimusq verbo mro Regio, pro nobis et Sexmis successoribus mis Regibus Poloniæ quod du. rante vita prædicti Marciani Morávviec, non esse nos eum à pacifica possione et usu aduitali prædictæ villæ suarq attinen amoturos, aut in.

de

de alienaturos, sed semper ipsi saluum et illæsum ius aduitalitium quo
ad vixerit conseruaturos. Quartam verò partem prouentuum Raiä quo-
tannis iuxt Constitutiones Regni inferre tenebitur, reliquos verò prouen-
tus pro se percipiet. Iuribus mis et In cuius rei fidem et Datum Cracou:
a die X^a Mensis Decembris. Anno Dni M^o D^o C^o V^o Regnor vt supra

Sigismundus Rex Michałowski

Fundo Oppidi Złoczow hæry Cnosi Andreæ Roskowski.

In nomine Dni Amen. Nos Sigismundus et Significamus et. Qui:
a nos fabus Cnosi Andreæ Roszkowski de Roluszyce, apud nos factis, an:
mentes cupiens, vt bona ips hæreditia ad meliorem conditiom temporis
successu deueniant, consentien, et permitten, esse illi duximus, vti quidem
consentimus et permittimus pntibus vt. ex villa sua hæreditia Złoczow di:
cta in Pattu Siradien, et dcto Vielunen, consistente oppidum fundare et
instituere possit. Cui gudem oppido per eum instituen, autate mca Regia
ius Teutonicum, quod Maideburgense dicitur vt eo temporibus vtatur sem:
piterm is damus et concedimus. Remouendo ab illo et oibus, qui id inhabi:
tabunt Incolis omnia iura polonica modos et consuetudines vniuersas, quæ:
cung ius Teutonicum perturbare posse uidebuntur, eximen, et liberan, Oppi:
danos et inhabitatores eiusdem oppidi Złoczow ab omni iurisdone oium
et singulor Pattorum, Castellorum, Capneorum, Iemtariorz, Burgrabiorz, Suc:
camerariorz, Iudicum, Subuidicum, Ministerialium cæterorz dignitari:
orz et officialium Regni mci, vt coram ipsis, aut eorz aliquo in causis magnis siue
paruis quorquis criminum et excessuum citti minime respondere vel ali:
quas pœnas soluere teneantur. sed coram Aduocato duntaxat suo Aduo

catus

catus autẽ pro tpe exens coram suo Dño hæreditio non alr quam iure Teuto:
nico de se conquerentibus respondere tenebitur. Cui quidem Aduocato pro
tempore exenti, tam in criminalibus quam alijs quibusuis casibus iudican
sententiam, punien, et corrigen, plenam damus et omnimodam facultatem
put ius Teutonicũ in ꝯibus suis punctis, clausulis, condonibus, et articulis,
videtur requirere. Volen, in super incolas, et suburbanos, quos dicti Oppi:
di Zloczow communione continebuntur vberiore mea gra prosequi, in eod
Oppido fora Septimanalia singulis feriis tertijs. quatuor Septimana celebran.
Fora vero annualia siue mundinas quing. Primum postridie post festum
annunciationis Beatissimæ Mariæ Virginis, secundum pro festo Sanctæ
Sophiæ. tertium pro festo S. Annæ. quartũ postridie post festum Nativi:
tatis Sanctissimæ Virginis Mariæ. quintum postridie post festum S. An:
dreæ annis singulis agen, frequentan, instituimus, et indicimus et p̃ in:
stitutis et indictis, habere volumus per p̃nes dantes et concedẽ, facul:
tatem Oppidanis et suburbanis Oppidi dicti fora ipsa vtraq; tam an:
nualia quam Septimanalia diebus et temporibus superexpressis sinè ta:
men ꝯiudicio aliorũ Oppidorũ circumcirca existentiũ more aliarũ ciuita:
tũ et Oppidorũ Regni mei agendi celebran, et exercen, ita vt quod omnes
homines sexus vtriusq; cuiuscunq; status et condonis fuerint ad hoc ipsum
Oppidum pro foris ꝯdictis annualibus, et Septimanalibus pro tpe prãno:
minato causa vendendi et emen, res pro rebus, et merces pro mercibus,
permutandi et alia negociationis genera exercen, venire possint et vale:
ant. Ac in accedendo et recedẽ, mco et suorũ meorũ securitate et li:
bertate potiantur et gaudeant, nisi tales fuerint, quos iura et leges fo:
uere non permittunt et quibus probrosum hominum comercia merito sunt
deneganda. In cuius rei fidem &c Datum Cracouiæ die xiiiᵃ Men:
sis Decembris. Anno Dñi M°D C° V.° Regnorum vt supra
Sigismundus Rex
Matias Lubienski
Aduocã:

Aduocatia in villa Ptomce Andreæ Czeski confertur.

Sigismundus &c Significamus &c. Quanos volentes exhibere gratiam Nobili Andreæ Czeski Cancellariæ nræ Notario, faciendum esse duximus, vt illi Aduocam in villa nra Ptomce captus Lisdren, post mortem Nicolai Zernicki illius vltimi et immediati possoris daremus et conferemus, vti quidem damus et conferimus pntibus lris mis, cum omnibus ad eam antiquitus spectan, pertinen, attinen, prouen, obuentionibus, vsufructibus, emolumentis, nullis penitus exceptis, aut reseruatis, tenen, haben, possiden, quiete et pacifice vtifruen ad extrema vitæ eius tempora, ita tn vt eandem Aduocam, à succorubus prædicti Nicolai Zernicki ordinaria iuris via adeat et assequatur. Promittimusq; pro nobis et Seremis successoribus mis nminq; nos prædictã Aduocatiã à prædicto Andrea Czeski, quo ad vixerit, amoturos amovenq; aut redimen, cuipiam alteri ptatem daturos, quin imo eum in quieta et pacifica possione ad vitæ eius tpa conseruaturos. In cuius rei fidem &. Datum Cracouiæ die xv.ta Mensis Decembris. Anno Dñi M.o D.o V.o Regnorum nrorum Polonie xcviii.o Suetie vo ano xii.o

Sigismundus Rex

Simon Jasinski

Aduitalitas super Gosczyn Marschalco Regni

Sigismundus &c Significamus &c. Quod cum Illris et Magci Sigismundi Marchionis de Mirow Myszkowski Supremi Regni Marschalci, Coronen, Crodecen, Solecenq; nri Capitanei vsitata erga Rempub: fides

fides testatumq; per omnem occoem dignitatis mæ studium, ita in dies
magis eluceat, vt iure optimo commodos ornamentosq; ips guouis tempe be:
digna ratio à nobis haberi debeat. Vacans iam morte Gnosi olim Marci:
mi Fabiechi Castellani Rospirien Oppidum Goszczyn vna cum villis Bath:
how, Długawola, Kozimá, Paczow, eidem præfato Mri et Magco Supre:
mo Regni Marschalco, dari et conferen esse duximus, vti guidem pre:
sentibus lris mris omni meliori modo et iure damus donamus et confer:
mus, ita vt eius donoms mæ, vigore, dictus idem Regni mri Marschalcus
præfatum Oppidum Goszczyn, vnaq; villas Bathhow, Długawola, Kozyna,
Paczow, cum omnibus iuribus, prouentibus, agris, fundis, prædijs, molendi:
nis, aduocatijs, Scultetijs, tabernis, stagnis, piscinis, attinen, pertinenq; de iu:
re et consuetudine ab antiquo ad dictum Oppidum Goszczyn, spectan, sin:
gulis et vnis quocunq; nomine censeri possunt, nihil pro nobis aut Sermis
succoribus mris, vel quopia alio reseruan, prout à memorato Castellano Ro:
spirien, ea bona possessa sunt, tenebit, habebit, possidebit, pacifice ac ijsdem
vtetur et fruetur ad extrema vitæ suæ tpa. Promittimusq; pro nobis et Sermis
succoribus mris verbo mro Regio, quod quamdiu prænoiatus Illris Regni
Supremus Marschalcus vixerit, eum nos ab usu et possone præfator bonorum
oiumq; id ipsa quomodolibet pertinentium non amouebimus, nec amouen, aut
alienan, cuipiam ptatem faciemus, negq; Sermi succores mri facient, quatum:
uis ardua aliqua Reipub: vel ma necessitas id exposcat, quinimo saluo in:
tegrumq; ius aduitalitium super dcto Oppido et villis omnibusq; ad ea perti:
nen, ipsi quo ad uixerit, conseruabimus, Sermiq; succores mri conseruabut.
Porro one eiusdem aduitalitatis ex ijsdem bonis quartam prouentuum par

tem

tem iuxć præscriptum Constitutionum Regni Rauam quotannis stato tempore inferre debebit. Reliquum verò pro se ac suis vsibus retinebit. Iuribus nris Regalibus et In cuius rei fidem et Datum Cracouiæ die xxvo Mensis Decembris. Anno Dñi M° DC° V.° Regnor vt supra.

Sigismundus Rex. J. Wezyk.

Priuilegium super certas libertates Aduocatorj Premisl.

Zygmunt Trzeci &c. Wszem wobecz y kázdemu z osobna komu to wiedzieć należy oznáimuiemy. Isz gdy przichodzili do nas poddáni náši Woithowie ze wsi Stárzawy Łodymi, Łopuszanki, Kocosna, wolei Korastánskiei Łopuszńce, Lisiowatei, Kánowa, Dąmbrowa, Berecchi, Smolnice, Kátiny, Smerechnei, Pudawki, Vstrzik, y Stębnika, do Stárostwa Przemiskiego nászego należących, y zálowali się nà Vrodzonè Jąna Thomászá Drohoiowskiego Referendarzá Coronè y Stárostę nászego Przemyskiè zeszłego, ó to, isz ich według práw y przywileiow od Krolow Ich Mtii Polskich przodkow nászych nádánych, y przez nas pothwierdzonych záchowáć niechciał. Dáwalismy wthy mierze zá instancią tichze Woithow do pomiędzionè Stárosty mándata nasze, mimo ktore on ieonáke do niezwyczái mych powinnosći y odáwánia podátkow tych poddánych nászych przymuszał. Z rotaszcá zołnierzá ieznego, y pieszego, ktorego náwet prywatna potrzebę, vzywał, zá occasią kázdą do tych wsi nászych násyłał, ieże rozdawał, y podeimowáć kazał, nie bes szkody poddánych, stacie mieznyslec od kázdego zosiadłośći po dwunastu báránow dorocznie woy:

bierał

bierał. Pogłownie także prawu przeciwne, po ześciu każdẽ z nich z tego
wiátá po sztuce grzywien ná nie stánowiał, y z niektorych wziął. Do tego
kwártały kozdẽ roku po złotych czterdzieści, áby mu dáwáli roskázo-
wał. Chciał y to mieć po nich, áby z listy iego prawat mymi, do cudzych
ziẽm ò swym kosztie iezdzili. Więc lásu názwánego Kádochomie ktorcy iest od
nich odległy strzeżęnie. Przemyth pilnowánie włożał ná nie. Nád to mimo
ciężárki, the nowo ná nich włożone powinności ktore tym tho Wojthom od
poddánych z tich wśi nászych, z dawná wedle práwá nádánego należą
odeimował, y ná swoy pożytek z szkodą tych poddánych przez czás dzier-
żáwy swoie obracał. Po ktorego ześciu ci Woitowie obáwiáiąc się áby dru-
gi Stárosta Przemyski od nás podány w tym nieporządku, y nie zwyklych po-
winnościach, zástanowszy, do tákiego przymuszáć y nie wolić nie chciał.
Znowu przychodzili do nas supplikuiąc, y usilnie zebrząc, ábychmy iá
ko Pan z wierzchny z nich te angarie zmieśli, á przy tych powinnościách po
poddánych, ktore względem ciężarow swych w prawách opisáne máią zo-
stawili. My tedy chcąc ich ochotnieyszymi do posług nam Pstrei powinnych
uczynić, áby te ciężárki ná nich włożone nie zostawały, y więcej ich od
dzierżawcow swych nie ponosili, (ponieważ y sam Stárostá zeszły listem
ręką swą podpisánym, ktory nam wskázowáli od tych powinności wolny-
mi czymi, y że są nowo ná nich włożone wyśmiadcza) wszytkie z nich y
ich potomkow te angarie wieczne znosimy. Przy pracách y powinnościách
od poddánych onym służących mnieiszem zostawuiemy. W cale postu-
szeństwo y powinności powinne zwierzchności Stárosty nászego Prze-
myskiẽ zachowuiąc. Ná co dla lepszy wiáry y pewności ręką nászą
podpisálismy y Pieczęć (ktorą przycisnąć roskázálismy. Dán w

Krak:

Kráłowie dnia XV^to Miesiąca Grudnia Roku Panskie^go M DC V^to Panowania Krolestwo naszych Polskiego XVIII^go Swedzkiego roku XII^go

Sigismundus Rex

Henricus Firlei de Dambrowica Lefferen.

Aduocā in villa Orłow Ioanni Kobielicki confertur.

SIgismundus &c Significamus &c Nos ad intercessiōm certoꝝ Consiliarioꝝ morum pro Egroso Ioanne Kobielicki Cubiculario meo apud nos interpositam, fecisse eidem ptatem, facereq; pntibus, vt possit et valeat. Aduocatiam seu Scultetiam in villa Orłow, ad Capneatum Inowladislauien, pertinen, morte Ciosnowski vltimi et immediati possoris vacantem, et dispōi mee obnoxiam, de manibus succorum eius oiumq; ius et interesse aliquod ad illam se habere ptenden, iustis pecuniaꝝ sumis ibidem insptis tmē, ijs tn non auctis, vel exactione Commissarioꝝ prouemen, redimere, et apphendere redemptamq; et apphensam, cum omnibus et singulis, agris, fundis, pratis, pascuis, lacubus, piscinis, commodis, fructibus, emolumen, quocunq; nomine censeri possunt, ac gnatr attinen, et pertinen, ad illam ex antiquo spectan, oibus, iure aduitalitio tenere, habere, nec nō ptfatam Aduocatiam seu Scultetiā rōmibus suis, ita exigentibus pro meliori cōmodo suo cuiq; liberit in arendam locare, et mscriones eo nomine facere quoad in vius exctiterit. Promitten, meo et Sexmoꝝ succioꝝ morum noie, nos Sexmosq; succores meos predictum Ioannem Kobielicki quamdiu vixerit, in quieta et pacifica possone et vsufructu prefatā Aduocatiā, siue illam in arendam locauerit, siue ipse tenuerit, conseruaturos, saluumq; et integrum ius illi aduitale pstituros. Eo uero è uiuis sublato, succores eius,

de eade

de eadem Aduocatia prius cedere non tenebuntur, quam ijsdem sũ:
ma in pnominatã Aduocã exemptiom ltmè fuerit persoluta. Iuxi:
bus mis &c In cuius rei fidem &c Datum Cracouiã die xvi^a Mensis
Decembris Anno Dñi M^o DC V^o Regnoz noz Pol^ã xviii^o Succiã xii^o
Sigismundus Rex. Stamislaus Lubinski

Aduocatia in villa Dziat Christophero Dzielski

SIgismundus &c Significamus &c Quia nos ad intercessiom certoz Con:
siliariozm nrorum pro Honesto Christophero Dzielski Scultã in villa nra
Dziat ad Captum Neoforen spectan, à parente ips locatã possore, apud nos
factam, ipsum in vsumet et possoe eiusdem Scultetiã conseruan, et re:
linquen esse duximus, conseruamusq et relinquimus pntibus lris mis.
Teneq ipse Christopherus Dzielski Scultam dictam, cum omnibus iuri:
bus et singulis, prouentibus eo pertinentibus, vtilisq reditibus, cõmodis,
nec non cum molendino, taberna, agris, pratis, pascuis, teneat, habeat,
et possideat, ad vitã suã extrema tempora. Promittimus aũt nro et Ser:
moz succoz nrorum, nomine, non esse nos et eosdem successores nros pdi:
ctum Honestum Christopherum Dzielski, à possione et vsu eius Scultã
bonoz eius õm, amoturos aut redempturos, neq etiam amouen, aut
redimen, cuiq ptatem concessuros, sed saluum ius aduitalitiũm illi in to:
to cum Ser mis succoribus nris conseruaturos esse. Quo demum vita
defuncto, cum succoribus eius suma pecnia ltmè ibi inspta, aut ex Com:
missarioz tacone prouentura, fuerit exoluta, dispositio Aduocã seu
Scultã plenarie nobis cedet. Iuribus mis &c In cuius rei fidem &c Da:
tum Cracouiã die xvii^a Mensis Decembris Anno Dñi et Regnoz vt supra
Sigismundus Rex Joan^s Grzimalã

Contractus matrimonialis
Ser.ma Constantiæ Reginæ Poloniæ.

Gismundus &c. Ad perpetuam huius rei memoriam. Significamus pn.
tibus tris mcis. Quod cum ad Serenam Principem Dnam Mariam Dei gra
Comitem Palatinam Rheni ac superioris et inferioris Bauariæ Ducem, Vi.
duam, nec non Serenum Principem Dnum Ferdinandum Archiduces Au.
striæ, Duces Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Wiertembergæ, Comi.
tes Tyrolis et Goritiæ, misissemus Oratores nros Rndum in Xto Patrem Mar.
tinum Szyszkowski Epum Luceorien. et Illmum ac Magcum Sigismundum
Marchionem à Mirow Myszkowski Supmum Regni mi Marschalcum Kor.
cinen. Drohicen. Solecen. Capneum, qui et ab eor. Serbus, Serma Virginem
Dnam Constantiam memorator. Archiducum respectiue filiam, et sororem
natu minimam, nobis in matrimonium peteret, ipsig. promptissima ppfator.
Principum voluntate, ac ipsa etiam Serma Virginis, eam ad rem consensu obten.
iux. ꝓscriptum legis suæ, ac ut sibi à nobis concessa ꝓtatis, pacta, atq.
condones, huiusce matrimonij, cum ijsdē Serenis Principibus ad normam
veterum, in mcimonijs ineundis in eadem Serma Austriaca domo à D. ma.
iorib. mcis Poloniæ Regibus observator. contractuum, pauris pro rone tē.
porum, Regniq. Poloniæ legibus immutatis, mutuo constituissent. Nos
vt ea perpetuo firma et stabilia sint, quemadmodum in dandis ꝓdictis O.
ratoribus mcis ad tractan. id matrimonium ꝓtate spoponderamus, facien.
putauimus vt in hoc diploma mcum, totum hunc contractum memorator.
Oror. mcor. chirographis et Sigillis roboratum de verbo ad verbum
describi mandaremus, eundemq. hoc mco diplomate confirmaremus, tam
in ijs de quibus inter Serres suas et Ores mcos Gratij comentum fuit, quā
quæ ad mcam declarationem relecta, habito eum commemorata Serma Prin
cipe

cipe Dña Maria mce et socru mea charꝫ colloquio et tractatu de mutuo
consensu constituimus, cuius quidem ijsdem plane verbis formula seguitur
et est talis. In nomine Dñi Amen. Nos Martinus Szyszkowski
Dei gra Epus Luceorien, et Sigismundus Marchio de Miirow Myszko:
roski Supremus Regni Poloniæ Marschalcus Kozcynen, Grodecen, Sole:
cen, Capneus. Sexmi Principis et Dñi Dñi Sigismundi III Dei gra Re:
gis Poloniæ magni Ducis Lit Suamiæ, Russiæ Prussiæ Masouiæ, Samogi:
tiæ Liuoniæq nec non Sueciæ Gottiæ Vandaliæq hæreditij Regis. ad
Sex Principes, Dñam Dñam Mariam. Dei gra Comitem Palatinam
Rheni, ac superioris et inferioris Bauariæ Ducem viduam, et Dñum
Ferdinandum Archiducem Austriæ, Ducem Burgundiæ Styriæ Carinthiæ
et Wiertembergæ, Comitem Tyrolis et Gocitiæ, Sexmi olim Caroli Archidu:
cis Austriæ respectiue coniugem et filium, Ores ad infrascripta vigore suf:
ficientis mandati et plenipotentiæ. Procuratores et mandatarij fidem
facimus hisce tris mis quoꝫ interest vniuis. Quod cum Sexmo Principi
Dño D. Sigismundo IIIo Dei gra Regi Poloniæ magno Duci Lit Suamiæ
Russiæ Prussiæ Masouiæ Samogitiæ Liuoniæq nec non Sueciæ Gottiæ
Vandaliæq hæreditario Regi, Sexmam Principem Dñam Constantiam ffati
Sexmi quondam Principis Dñi Dñi Caroli Archiducis Austriæ filiam
natu minimam, à memoratis Sexmis Principibus, Domina Maria et Ferdi:
nando Archiducib Austriæ, in matrimonium collocare petijssemus, et
ijdem Principes huiusmõi Sexmi Regis mi petitioni libentissimo animerit
animo, accesseritq etiam consensus & dictæ Sexmæ Virginis. Tandem. quod
felix et faustum sit, ad gtiam et laudem Dei omnipotentis gloriosæq
semper Virginis Mariæ eius Genitricis, pro conservatione et augmento Re:
ipub: Christianæ, proq firmiori statu Regnoꝝ et Provinciaꝝ, tam Sexmo
Regi Poloniæ Dño meo clementissimo, quam memoratis Sexmis Princi:
pibus subditaꝝ, utq vinculu sanguinis et affinitat' qd iter S. R. M. et inter Sex. Austr
familiam iam pridem extitit firmu, renouone ista affinitat' et coniunctionis magis
coarctetz interpsata Sexmæ D. Constantiam intercedẽ, memoratis Sexmis Princi=

pibus Dña Maria Pallatina Rheni ac vtriusq; Bauariæ Duce vidu.
a, ac Dño Ferdinando Archiducibus Austriæ Ducibus Burgundiæ Stiriæ
Carinthiæ et Wiertembergæ Comitibus Tyrolis et Goritiæ ex vna, ac no
bis ffatu Sexmi Principis Dmi D. Sigismundi Tertij Poloniæ Regis Ori.
bus mandatarijs et agentibus parte ex altera, obtenta prius à S. D. N.
Paulo Papa V, tam super tertio et quarto consanguinitatis gradu, quam af.
finitatis nexu, quo Sexmus Rex nr. et Sexma Constantia filia et soror præ.
dictor Pripum inuicem coniuncti sunt necessaria et conuenienti dispensone,
sub data Romæ apud Sctum Marcum sub annulo piscatoris, anno Incar.
nois Dnicæ Millmo Sexcentmo quinto, die tertia Septembris. Pontificatus
sui anno Primo, tractatum et conclusum est, matrimonium verum et legitimum
sub articulis et Conuentionibus sequentibus videlicet. Quod Sexmus
Archidux Ferdinandus ffdictæ Sexmæ sororis suæ nomine dabit et assigna.
bit in dotem Sexmo Principi et Dño Dño Sigismundo iii° Regi Poloniæ et
magno Duci Lit Suamiæ, summam quinquaginta millium florenorum Rhenen,
sexaginta cruciferis bonæ et vsualis monetæ germanicæ in Regno Polo.
niæ curentis, pro quolzt computat, eamq; summam intra trimestre tempus,
postq; in Regni Comitijs de facienda reformone Conuentum, idq; Sexti eius
significatum fuerit, in numerata pecunia Cracouiæ aut ad Regni confi.
nia, vtrum Sexmus Poloniæ Rex maluerit, citra oem dilationem exoluet,
È conuerso vero Sexmus Princeps et Dñus D. Sigismundus tus Rex Polo.
niæ vt ffdictam dotem recipiens, pro contradote seu donone ppter nuptias
similr summam quinquaginta millium florenorum Rhenen, supdicti valo.
ris, Sexmæ Dñæ Constantiæ sponsæ suæ dare et constituere. Et has v.
trasq; summas tam scilzt dotis quam contradotis in opportunis suffici.
entq; Dominijs, Ciuitatibus, Oppidis, Arcibus et Terris Regni Poloniæ et
Mag. Duc. Lit Suamiæ scdum constitutiones Regni Poloniæ, in ppemis

Regni

Regni Comitijs, aut si illa iustis ex causis seu impedimen, re infecta dis-
soluerentur, in mox subsequentibus, in bona et debita forma inscribe-
re et assecurare, et huiusmõi reformõnem seu inscriptiõm, recepta dote,
ad manus Sermi Archiducis Ferdinandi aut Sextis eius Sermã mãcis
consignare, et ad hõc curare efficereq; debebit et tenebitur. Quod ões
Dñiorum Ciuitatum Oppidor. Castror. terrar. villar. et bonor. inspectorum
Capnei, Rectores, Iemutarij, Ciues pntes et futuri, qui supradictæ refor-
mõni subiacebunt, ipsi Sermæ Dñæ Constantiæ plenam pstent sponsio-
nem ac corporale fidelitatis iuramentum. Quod si Sermo Principi et
Dño Sigismundo III. Regi Poloniæ, priusquam ipsi Sermæ Dñæ Constan-
ciæ aliquid humanitus acciderit, tunc in eo casu nulli alteri nisi Sexti e-
ius, Dominia, Ciuitates, Oppida, Arces, Terras, villas, et bona sibi inscripta
tradant et consignabunt, cum õibus inde percipiendis, fructibus, commodis,
emolumentis, et redditibus. Et quod Sexti eius in õibus et per omnia stum
Regni Leges parebunt et obedient fideliter et constanter, vt et Sermis Re-
gibus Poloniæ obedire sunt soliti et adstricti; sed tributa in Comuentione
Regni iussa, subditi eorum locor. minimus cum alijs Regni Incolis con-
ferent, poduodasq; vt moris est prãbebunt, ac in Castris in hac dote et
dotalitio obligatis, consueta Iudicia Castren. Capneorum et Regalia cele-
brabuntur. Quæ tn Contributiones et Poduodæ et Iuda castren. et Re-
galia, nullũ Iudicium aut detrimentum Sermæ Dñæ Constantiæ et hære-
dibus eius, in prouentibus post mortem Sermi Regis Poloniæ, ex bonis præ-
dictis percipien. inferre debent. Insuper permissum ẽ arbitrio Sermi Polo-
niæ Regis et Mag. Ducis Lithuã ac Dñi mei clementissimi, vt seguuta per
copulam huius matrimonij felicis consumõne, Sermam sponsam suam aliquo
munere nuptiali, tam pro Regio suo honore, et attenta eius viduitate, quã
ipsi Sermæ sponsæ suæ merito remunerare possit, cum vtriq; de ipsi Sermi-

Regis

Regis erga suam sponsam amore et beneuolentia nihil dubitetur. Pro hoc autem munere nuptiali, vt p̃mittitur deputando, etiam insp̃tio et assecuratio ltm̃a ibidem fieri debebit. Conuentum p̃terea ē quod si Sexma Dn̄a Constantia prior sponso suo defuncta fuerit, tunc dos et donatio propter nuptias, et munus nuptiale, ad Sexmum Regem et Regnum Poloniæ perpetuo deuoluentur, sine aliqua ips̃ restitutione dotis. Si uero Sexmum Regem Poloniæ præmori contigerit, prole ex ea (quod Deus prohibeat) non suscepta, vel si suscepta ~~non~~ fuerit, tam præmortua quam etiam superstite, tunc nihilominus Sexma Dn̄a Constantia, omnibus terris, dñibus, Dominijs, Ciuitatibus, Oppidis, et bonis sibi pro dote et contradote, nec non munere nuptiali insp̃tis, et assignatis, ad vitæ suæ viduales tp̃a, plenam vtendi et fruendi p̃tatem habere debeat. Post mortem aũt suã p̃dicta quinquaginta millium florenũ Rhenen, summa, rõne donõmis propter nuptias seu contradotis sibi donata et insp̃ta, ad p̃fatum Poloniæ Regnum conuerti et redire debebit. De alia vero quinquaginta millium florenũ Rhenen, summa dote sorte sua, nec non de munere nuptiali p̃dicto, si eiusmõi munus fuerit, vt de eo testandi possit, habeat Sexma Constantia, tam in vita, quam in mortis articulo donandi, testandi, et arbitrio suo disponendi facultatem. Quod si uero de dote et munere huiusmõi nuptiali, nihil disposuerit, tum et dos et munus ipsum nuptiale, si tale datum fuerit, vt eius proprietas ad Sextem eius ltm̃ pertineat, vel ea pars de qua non disposuerit ad Sexmã Dn̄am Constantiã liberos, quos post mortẽ suam superstites reliquerit, nullis aũt ex ea p̃genitis liberis post mortem eius existantibus, ad proximos ips̃ Sexmæ Dn̄æ Constantiæ hæredes masculos, et illis non existantibus fœminas deuoluantur, eisq̃ dictam dotem summam, una cum munere nuptiali Sexmi Principis et Dñi Poloniæ Regis et Mag. Duc. Lithuã ꝛc. suc

cessores

cessores integre vel partem alijs non donatam, aut legatam effectualr restitue-
re et persoluere debeat et teneantur. Hac expressa adiecta lege et condone, quod
in casu obitus Sexmæ Dnæ Constantiæ ab intestato Sextis suæ hæredes supra-
dicti. In casu vero factæ alicuius dispositionis persona aut personæ, illa vel
illæ, cui vel quibus Sexma Dna Constantia dononem vel legatum fecerit, an-
nuos reditus certos, et integros quingz millium florenz Rhenen, supmemorati va-
loris, nec non id quod vone muneris nuptialis competierit, exc supdictis insptis
et assignatis bonis, tam diu quilibet pro sua rata parte, sine aliquo defectu habe-
re leuare et percipere possit, donec et quousqz plene et integrè satisfacti et conten-
ti redditi fuerint, tam scilt de summa dotis, quam de munere nuptiali, si tale
fuerit de quo legare possit. Conuentum præterea et conclusum ẽ, qd Sexma Dna
Constantia, non solum bonis et dominijs sibi pro dote et contradote et munere nupti-
ali vt supdictum ẽ, inscriben, et assignandis, sed et alijs omnibus iuribus, libertati-
bus, et priuilegijs, eo modo vti frui et gaudere possit, quo Sexmæ Regnæ Polonæ ab
antiquo vti frui gaudere, et bona eiusmodi possidere solitæ sunt, iuxe leges et Consti-
tutiones Regni, ita tn, vt quæ in prnti contractu expressè pacta et conuenta sunt firma
incommissaqz permaneant, atqz de ijs quæ sfata Sexmæ Dnæ Constantiæ eiusdem con-
tractus vigore debentur, nihil decedat, sed omnia integrè sstentur et exequi mã-
dentur. De alijs vero rebus et bonis quibuscunqz ad ipsam Sexmam Dnam Constã-
tiam quouis iure et titulo hoc nunc tpore spectantibus, nihil hic excipiendo, ita
conuentum et conclusum ẽ, quod Sexma Dna Constantia illa oia habeat, teneat,
et possideat, tanquam res et bona sua propria, possitqz illis vti frui et gaudere,
ac de ipsis in omni casu et euentu, siue per liberam dononem, aut alium quemcunqz
contractum inter vivos, siue causa mortis, sine per vltimam voluntatem, sdum
beneplacitum suum disponere et ordinare, sine cuiusuis impedimento. Si vero

Sexmam

Sexmam Dnám Constantiam è viuis decedere contigerit nulla facta de supdictis rebus et bonis suis dispõne vel ordinõne, per contractum, inter viuos vel causa mortis, siue per vltimam eius voluntatem, aut aliter quomodocumq; tunc et in eo casu, res et bona sua huiusmodi oia quæ tempore obitus Sextis suæ extare cõpexientur, et superexunt, ad supradictos proximos Sextis suæ hæredes masculos et illis deficientibus fœminas redire debeãt, et ad eorundem bonoꝝ õimodam restitutionem Sexmi Poloniæ Regis et Mag. Ducis Lithuã & succores teneantur et obligati sint. Verum res et bona illa, quæ Sexmæ Dnæ Constantiæ tpe miptiarum donabuntur. Si Sextem suam ꝓmori contigerit, Sexma Princips et Dño D. Poloniæ Regi marito superstiti cedant. Si vero Sexma Princeps Dna Constantia Sexmo Regi marito superuixerit, et de illis nullam dispositiõm in vita sua fecerit, tunc post illius obitum simlr ad ꝓfatos ips hæredes deuoluantur. Porrò ea quæ Sexma Dna Constantia post miptias in Regno Poloniæ quomodocunq; acquisiuerit, et comparauerit, in casu quod de illis nullam ordinõnem seu dispõnem vt ꝓdictum ẽ, siue in vita siue in mortis articulo fecerit, non ad ips Sexma Dna Constantiæ hæredes supradictos, sed ad Regnum Poloniæ, et Regis Poloniæ succores pertinere eisq; permanere debeant. Exceptis duntaxat reditibus et bonis immobilibus, si qua, ex pecunia secum in Poloniam apportata comparauerit. Cæterũ præfata Sexma Dna Constantia, de õibus ꝓdictis rebus et bonis, tam nunc ad eam spectantibus, quam tpe miptiarũ, et post miptias acquisitis seu acquirẽdis habeat et habere debeat, in õi casu et euentu per donõnem liberam, et quemuis alium contractũ, inter viuos seu causa mortis, seu per testamentum, plenam õimodamq; sdum beneplacitum suum, disponendi et ordinandi facultatem sine cuiusuis impedimento et conditione. Insuper conclusum ẽ et commentum, quod Sexma Dna Constantia postq; ad Sexmum sponsum deducta fuerit, tunc ante consumõnem matrimonij, caueat et

et promittat, hris super ea re specialr confectis, se post solutiõm dotis immediate
soleniter et expsse renunciaturam esse, atq3 adeo in eum euentum vbi minimum
dos realr numerata fuerit, ex nunc prout extunc, expsse renunciet hæreditati pa-
ternæ et maternæ, atq3 successioni Regni Hungariæ Bohemiæ Dñiorumq3 quorũ-
libet Regnæ domus Austriacæ pro ois Austriacæ familiæ Principibus, eorq3
liberis et hæredibus, per lineam masculinam descendentibus, saluo sibi per oia
iure succedendi in defectu masculorum. Et hanc ipsam modo supraspto facien3
renunciationẽ, Serenus Princeps et Dñus Dñus Sigismundus Tertius Poloniæ
Rex per suas speciales hras, ratam habere approbareq3 debeat, et teneatur.
Insuper conclusum é quod si alter contrahentium, ante consummationem nuptialem
(quod Deus clementer auertere dignetur) è uitis decederet, tunc totus iste
tractatus cum ois in eo cõtentis, pro annihilato cassato et enervato habe-
atur. Comentum etiam é, qd Serenus Princeps et Dñus Dñus Sigismundus Rex
Poloniæ &c post reditum ad se Oratorum suor3 ꝓdictor3 pñtem contractum
matrimonialem ratificare et approbare, eumq3 despũm ac manu sua subsptum
et Sigillo suo obsignatum, vna cum supdictæ renunciationis ratificatorijs hris, in
manus supdictæ Serenæ Archiducissæ Mariæ Viduæ, et Serenæ Dñæ Constanti-
æ mris, quæ nuptijs Regalibus aderit, consignare debeat. Postremo Comentũ é qd
alter mũm. Ego vost Sigismundus Marchio de Mirow Myszkowski, Supremus
Regni Poloniæ Marschalcus, Korczynen, Grodecen, Solecenq3 Capneus, vigore man-
dati spalis, mihi à Serenmo Rege Poloniæ traditi, et ꝓfatis Serenis Principibus vost
Dñæ Mariæ viduæ, et Dño Ferdinando Archiducibus Austriæ, Stiriæ Carintiæ Wir-
tembergæ, Comitibus Tyrolis et Goritiæ, &c, exhibiti, cum oia inter partes ꝓsptis mo-
dis acta et transacta iam sit, Serenmi Poloniæ Regis &c nomine cum ꝓdicta Sen.ma
Dñá Constantia, sponsalia pr̃ea verba de pñti contrahere, oiaq3 in hisce rebus fie-
ri solita et consueta, exegui debeam et tenear. dato nobis à ꝓdicta Serena Dña

Maria

Marcia vidua, et Dño Ferdinando Archiducibus Austriæ. ~~vt~~ huius contractus matrimonialis reciproco simili exemplari altero: In quorum oium fidem testimoniũ et corrobo rõnem pntes lras manibus mris subscripsimus et Sigillis mris communiri iussimus. Datum Cracoj die XXIIIa Mensis Octobris Anno Dñi M DC VI.

Martinus Szyskowski Epus Luceorien. Sigismundus Marchio de Mirow Supremus Regni Poloniæ Marschalcus Korcimen. et Capnen. Nos itaq; Sigismundus Rex supnominatus, pmissum hunc contractum totum et integrum oesq; Sigillatim eius condones, puncta, et articulos, pntibus lris mris, oi meliori modo et forma ratificamus, approbamus, confirmamus et corroboramus, eaq; oia nos rata et grata habere testamur, et firma ac immoba quo ad quid ad nos pertinet, nos servaturos esse, neq; vlla in parte à quoquam labefactari passuros, spondemus et verbo mro Regio pollicemur. In cuius rei fidem et Datum Cracoviæ die xx Mensis Decembris Anno Dñi Mo DCo VI. Regnoq; mroq; vt supra

Sigismundus Rex

Aduocã in Smolnica Paulo Na-nowski in solidũ confert.

Sigismundus &c Significamus &c Conseruasse nos conservareq; pntibus lris mris Honestos Paulum Nanoweski et Margarethan consortem eius, in pacifica possone et vsu Aduocatiæ in villa nra Smolnica, ad Captũ Præmislien. spectan. sitt. nec non oium et singulaq; eiusdem Aduocæ attinen. et pertinen. vt pote labor. sex in anno dierum, quas subditi eiusdem villæ Smolnica pendere Aduocato tenentur, nec non certæ dationis tricenã nuncupat. duorum quoq; molendinor. transatilium als Folusze, tabernæ etiam et certæ portionis agri Obszar nuncupat. quæ omnia, pdictus Nanowski et vxor sua pacifice ad pns possident. Quam quidem Aduocam prædicti

dicti coniuges, cum omnibus agris, pratis, hortis, campis, syluis, fluminibus, subiect⁹
molendinis, tabernis, obsßaris, datiombus, et pensiombus, consuetis, attinen⁹ et pertinen⁹
vnivis, nullis prorsus excepc antiquitus ad eadem bona spectan⁹, nec non cum oibus
libertatibus Aduocato villæ ßfatæ antiquitus seruientibus, more aliorum captus
nri Præmislien⁹ Aduocator⁹ ambo in solidum tenebunt, habebimt, et possidebimt,
ad extrema vitæ suæ tpa. Promittimus q3 pro nobis et Serenis successoribus nris
Poloniæ Regibus quod quam diu ꝓnominati coniuges in viuis extiterint, non esse
nos eosdem à possone et vsu dictor⁹ bonor⁹ amoturos aut alienaturos, quin imo
salvum et integrum ius admitalitium ipsis tam coniunctim quam diuisim conser⁹
uaturos, et Serenmi successores nri conseruabimt. Post decessum vero ex hac vita
ꝓdictorum coniugum non prius successores eor⁹ bonis Aduocæ ßfatæ cedere et conde⁹
scendere tenebimtur, quam suma in illis inspta, vel ex taxone Commissariorum ꝓue⁹
niens, illis integre persoluta et numerata fuerit. Liberum etiam illis erit, domin⁹
culas aliquot locare, in illis q3 hortulanos vt quosvis alios homines fouere, et hæc
omnia iux ordinonem et hras Cnosi olim Joannis Komoæ Drohoiowski Regni
Referendarij Capnei nri Præmislien⁹ ipsi de super datas et concessas. Inuictissimis
nris Regalibus &c In cuius rei fidem &c Datum Cracoviæ die XX Mensis
Decembris. Anno Dni M° DC° V° Regnor⁹ vt supra

Sigismundus Rex Samuel Targowski

Renuntiatio Serma Constantiæ Reginæ Poloniæ succom paternæ & maternæ.

Ad perpetuam rei memoriam. Nos Sigismundus Tertius Dei gra Rex
Poloniæ

Polomiæ &c. In nomine Dñi Amen. Significamus pñtibus hris nris. Quod cum
ex pactis et condonibus per Oratores nros Rndum in Xto Prem Martinum Szy-
skouskii Epum Luceorien, ac Illrem et Magcum Sigismundum Morcinium a
Mirow Mysskouskii Supremum Regni Polomiæ Marscalcum Korcinen, Gro-
decen, Solecen, Capneum cum Sexma Principe Dña Maria Dei gra comite Pal-
latina Rheni ac superiorris et inferiorris Bauariæ Duce vidua, ac Sexmo Prin-
cipe Dño Ferdinando eadem gra Archiducibus Austriæ, Ducibus Burgundiæ,
Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ et Wirtembergæ comitibus Tyrolis et Goritiæ, socru
et cognato nro cSarmis, consentis mutuis sponsionibus sanctis, Sexma Prin-
ceps Dña Constantia Dei gratia Regina Poloniæ nata Archidux Austriæ ma-
gna Dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæ Masouiæ Samogitiæ Liuoniæ &c nec nõ
Suecorum Gothorum Vandalorum Regina, coniux nra cSarma, ratione do-
tis sibi à memorato Sexmo Principe D. Ferdinando germano suo, quadraginta
guing millium florenorum Rhenen, constitutæ, nobisq certo tpe in hris contractus
ffirmo representandæ, an confirmationem matrimonij, ys tñ condonibus quæ in
hris contractus matrimonialibus ffscriptæ sunt, oi paternæ et maternæ successioni
ac hereditati solemniter renunciare deberet, idq voluntate assensu et auctha-
te nra accedente in eam formulam fecisset. Nos Constantia Dei gra Regina
Poloniæ Archiducissa Austriæ, Ducissa Burgundiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carnio-
læ Wirtembergæ &c Comitissa Tyrolis et Goritiæ. Cum in contractu matrimonij
inter Sexmum Principem Dñum Sigismundum Tertium Dei gra Regem Poloniæ
&c coniugem nrum cSarissimum honorandissimumq, et nos per Sexmum Principẽ
Dñum Ferdinandum, diuina fauente clementia Archiducem Austriæ, Ducẽ
Burgundiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Wirtembergæ &c Comitem Tyrolis et Go-
ritiæ

vitiæ ꝛc fœm mrúm cSarẽmum conclusi et firmati, et quod faustum foeliocq3
sit, iam consummandi, inter alia promissum fuerit, quod ꝑfatus Serẽmus frater
noster, pro mra dote vera et lma dabit eidem Serẽmo Regi Dño coniugi mẽo sum-
mam quadraginta guinq3 millium florẽ, Rhenen, modis et tporibus de quibus
in dicti contractus capitulis apparet, nec non, quod postquam nos ipsa ad præ-
fatum Serẽmum, coniugem mrum perductæ fuerimus, hæreditati paternæ et ma-
ternæ cum consensu ꝑdicti Serẽmi Regis Dñi coniugis mei renuntiare solemiter
ante consummonem matrimonij deberemus, modo et forma, vt in dictis capitulis
continetur, et ꝓpterea æquum sit, vt nos ꝑdictæ paternæ et maternæ hæredita-
ti iuꝝ competenta renunciaremus, idq3 in executiõm dicti tractatus facere mrae
velimus. Idèo nos constantia antea dicta, cum ꝑstito consensu et autate
ꝑfati Serẽmi Regis D. Sigismundi III Regis Poloniæ M. D. L. Dñi coniugis
mei, qui nobis contorali sua in infrasptis consensit et consentit, et autatem
ꝑstitit et ꝑstat, ꝑdicto Serẽmo Principi Dño Ferdinando Archiduci Austriæ
Duci Burgundiæ Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Wiertembergæ ꝛc Comiti Tyrolis
et Goritiæ fratri mẽo cSarẽmo nec non Rndo in Xpo Pri devoto Syncero nobis di-
lecto Georgio Epo Lauantino ꝑdicti Serẽmi fratris mi, Vicario Gnali provinciaꝝ in-
feriꝝ Austriacaꝝ consiliario intimo et excelsi eiusdem regiminis ꝑsidẽ, nomine et ad
partem et favorem omnium Serẽmæ Austriacæ familiæ principum, et eoꝝ õium filiorꝝ
et liberorꝝ per masculinam lineam ltẽ descendentium, recipiente et stipulanꝫ, spon-
te, et ex libera mea voluntate, et in executiõm in dicto tractatu contentoꝝ habitis
per ꝑfatum Serẽmum Regem Dñm coniugem meum dictis florẽ Rhenen, quadra-
ginta guinq3 millibus, vt supra promissis ex nunc prout ex tunc renunciamus et
renunciamꝰ, hæreditati tam paternæ quam maternæ, atq3 successioni Regni Hun-
gariæ Bohemiæ dominiorꝝ quorumꝫl Serẽmæ domus Austriacæ pro ꝓbus Au-

striacæ

striacæ familiæ Principibus eorumq; Liberis et hæredibus per lineam masculinam descendentibus, saluo nobis iure succedendi in ꝑdictis, in defectu hæredum masculorum, quod ius iuxta comenta nobis reseruauimus et reseruamus. Remunciantes prout remunciauimus et remunciamus, exceptioni doli mali, vis, vel metus, nec non cuicunq; priuilegio et exceptioni in fauorem mulierum introducti, quibus cõ superius per nos gesta quoquo modo venire possemus, hancq; renunciationẽ et oia et singula vt supra expressa sunt, semper & omni tpe firma et rata habere ꝓmisimus et ꝓmittimus. et nullo vnquam tmpe contrafacere vel contrauenire sub obligone oim bonoꝝ mrorum subq; vera Principis fide et vinculo iuramenti ad Sancta Euangelia tactis scripturis per nos ꝓstiti, in pntia testium infrasptorum vidz Magcorum Maximiliani de Schrottembach Baronis in Hegenberg et Oslauiensꝫ supremi et hæreditꝛ ꝓgustatoris in Stiria, ac Sermæ Principis D. Mariæ Archiducis Austriæ viduæ mris mræ chariss consiliarij intimi, et supmi curiæ Magistri, nec non Sermi Principis Archiducis Ferdinandi fris mri chariss consiliarij intimi, et Capitanei ac Vicedomini Cilien, et Georgij Dñi de Stubenberg in Kapfenberg Pincernæ hæreditꝛ in Stiria, sæpè dicto Sermo fratri mro à consilijs. In cuius rei testimonium pntibus Sigillum mrum est appensum, quas etiam Chirographo mro proprio corroborauimus. Actum Cracouiæ die XII.ma Mensis Decembris. Anno Dñi M°DC°V°

Nos itaq; Sigismundus III prænotatus Rex pntibus tris testamur, et profitemur renunciationẽ hanc, libera voluntate expensoq; consilio et bene deliberato animo, Sermæ Principis Reginæ Constantiæ comitis mræ, mro etiam consensu et autãte adiuncta, modo quo supra desptum est, esse perfectam. Cauemus etiam et ꝓmittimus verbo mro Regio per pntes, nos vigore pactorum comentorum in contractu sponsali inter memoratam Sermam Principem Dnam Mariam, et Sermum Principem Dnum Ferdinandum Archiduces Austriæ &c et inter Oratores mros solemniter initorum, remunciationẽ talem in oibus et singulis punctis et articulis suis ratam gratam et probatam habere

et sem-

et semper habituros, negꝫ vlla in re illi vnquam contrauenturos. In cuius rei fidem et testimonium has lras ṁras Signo ṁco obsignari iussimus, et manu propria subscripsimus. Datum et Actum in Regia ṁra Cracouiæ, die XX Mensis Decembris. Anno Dñi M°DC°V° Regnorum ṁrorum Poloniæ XVIII° Sueciæ anno XII°

Sigismundus Rex

Jac Lempicki

Castellanatus Rospiriensis confertur Gnoso Ioanni Romiszewski, post mortem Gnosi Martini Zaleski & acans; cum omnibus iurib: prærogatiuis, consuetudinibus, fructibus, prouentibꝫ & ad eundem spectan, idquè ad extrema vitæ illius tempora, vel maioris dignitatis assecutione. Data litera in forma Cancellariæ solita Cracouiæ die Vigesima secunda Mensis Decembris Anno Dñi Millesimo Sexcentesimo Sexto. Regnorum nostrorum Poloniæ Decimo nono. Sueciæ vero anno Duodecimo

Sigismundus Rex.

Jacobus Zadzik

Castellanatus Spicimirien Petro Gomolinski confertur.

Sigismundus &c Significamus &c Quòd cùm Gomolinsciorum gens ita constanti semper virtutis gloriæꝫ laude in Regno ṁco floruerit, vt multa eaꝫ ꝑclara in

ra in Sermos decessores nros et Reipublicæ maiorũm suorum merita numeret, Regium esse existimamus pristina eius familiæ decora et ornamenta conseruare, auitisq3 bo-ribus, ad auita virtutis exempla, posteros quoq3 ips incitare. Quo fit vt posteaq3 intel-leximus Castellanatum Spicimirien, Senatori Ordinis dignitatem morte Gnosi olim Joannis Gomolinski vacare, facile in eam sententiam ꝓcibus consilijs, Magnifici Ale-xandri de Koniecpole Palatini Syradien, venimus, vt vetustum hoc decus eidem familiæ ex benignitate gra3 nra conseruaremus, ac ꝓdictum Castellanatum Spici-mirien, Gnoso Petro Gomolinski de Pozdzemosze, vti virtutis calcar quodda cõ-ferremus, quemadmodum quidem pntibus his, cum omni iure ꝓrogatiuis, fructib: prouentibusq3 de iure vel consuetudine ab antiquo ad ꝓdictum Castellanatum Spi-cimirien, pertinẽ, omni meliori mõ damus et conferimus eidem Gnoso Petro, Go-molinski ad extrema vitæ illius tpa, vel altioris dignitatis assecutiõm. Id gd vnis et singulis quorum interest ꝓsertim vo Dignitarijs, Offalibus, vniuersæq3 Nobilitati Terræ Syradien, notum esse volumus. Mandamusq3 vt hunc ꝓnominat' Gnosum Petrum Gomolinski Castellanum Spicimirien, ab hinc pro vero ac le-gitimo Castellano Spicimirien, habeant, eiq3 de loco, iuribus ꝓrogatiuis, prouen-tibusq3 ad eum quouis modo pertinent, respondeant, responderiq3 ab oibus curet. Pro gra nra. In cuius rei fidem &c Datum Cracouiæ die XXIV.ta Mensis Decẽ-bris. Anno Dñi M.o DC.o V. Regnorum vt supra.

Sigismundus Rex

Munus Virginale Ser.ma Constã, tiæ Reginæ Poloniæ duo millia aure-orum in Zuppis dantur.

Sigismundus &c Significamus &c Quod cum in pactis matrimonialibus de Ser.ma Principe Dña Constantia Sermi quondam laud. mem: Principis Dñi Caroli Ar-

chiduc

Archiducis Austriæ filia, nobis in matrimonium collocanda per Sermos Principes D.
Maxiam Comitem Palatinam Rheni, ac superioris ac inferioris Bauariæ Ducem
Sermumq; Dnum Ferdinandum Archiduces Austriæ, Duces Burgundiæ Sti-
riæ, Carinthiæ, Wiertembergæ &c Comites Tyrolis, et Goritiæ ex vna; et Rndum
in Xpo Prem D. Martinum Szyszkowski Epum Luceorien, et Sttrum ac Ma-
gnificum Sigismundum Marchionem à Mirow Myszkowski Supremum Regni
ci Poloniæ Marschalcum, Korczynen, Grodecen, Solecenq; Capneum, Oratores,
mandatarios et agentes mros parte ex altera, conuentis et conclusis, mmus virgi-
nale quo ffata Sexma mra comunx, pro more ac instituto inter Principes recepto
affici à nobis deberet, ad mum arbitrium partis vtriusq; consensu relatum esset.
Nos pro affectu mro amoreq; erga eandem Sexmam consortem mram charmam co-
iugali, eiusq; Sextis meritis, rone huiusce virginalis munexis, eidem Sexmæ D. Con-
stantiæ consorti mæ charmæ, annuam pensiom duoz millium in aũo in Zuppis
mris Cracovien, dedimus et assignauimus, prout damus et assignamus, eius so-
